

The Center for Research Libraries scans to provide digital delivery of its holdings. In some cases problems with the quality of the original document or microfilm reproduction may result in a lower quality scan, but it will be legible. In some cases pages may be damaged or missing. Files include OCR (machine searchable text) when the quality of the scan and the language or format of the text allows.

If preferred, you may request a loan by contacting Center for Research Libraries through your Interlibrary Loan Office.

Rights and usage

Materials digitized by the Center for Research Libraries are intended for the personal educational and research use of students, scholars, and other researchers of the CRL member community. Copyrighted images and texts are not to be reproduced, displayed, distributed, broadcast, or downloaded for other purposes without the expressed, written permission of the copyright owner.

Center for Research Libraries


Scan Date: May 07, 2012

Identifier: d-b-000444

IN P. TERENTII VARRONIS VITA ET SCRIPTIS

QUESTIONES NOVAS.

Praefatio.



Quemvis de Varrone Atacino a viris doctis usque ad haec tempora
ian multa et praeclara allata sint, tamen illius poetas Romanorum
vitam fragmentaque quae supersunt omnia denuo propnere et ex-
plicare constitui; neque enim quaestiones, quae sunt initiae de
hac omni materie a prioribus, plane ad finem, in quo acquiescere,
perductas esse mihi videntur, quoniam de P. Varronis vita rati-
onibus et de carminum variorum, quae ille panxit, in scripti-
bus atque institutionibus sententias et opiniones virorum doctorum,
qui huic rei studuerunt, magnopere inter se discrepare non ne-
scimus. Omnim autem virorum, quos de vita et operum Atacini ex-
ploratione optime meritos esse constat, Seeliger, Ruhnkenius,
Wuelnerus propter vim et suoritatem sententiarum, quas de hoc
poeta inter homines per vulgaverunt, dignissimi sunt, qui nominibus
significentur, quod illi Atacinum, ut ita dicam, ad lucem diei ele-
rem revocaverunt. Postea reliquis undique collectis ediderunt
Atacini fragmenta Riesius et Aemilius Bachranc. qui omnes, quam
quam propter laborem et merita laude summa digni sunt, tamen huic
toti quaestioni, quae est de Varrone Atacino, non ab omni parte sa-
tisfecerunt. Itaque utilis et sedes marium esse putamus denuo colligere
et edere, quae de vita et carminibus huius poetae Romanorum
neque igneti neque, ut opinor, indeceti explorari possunt. Praeterea
si Atacini versus, qui sunt traditi, diligentissime perlegeris,
hunc poetam non modo fuisse magis scribendi fecunditate sed etiam
usum esse quedam linguae elegans et ingenio non mediocre
invenies. Quare non minus adductus sum, ut huic rei operam darem.
Primum igitur in dissertatione mea de vita ac nomine Atacini, de-
inde de carminum, quae fixit, titulis atque compositione, postremo
quaestione versus, qui ad nos pervenerunt, interpretandi essent,
tractare mihi preposui.

2.

DE VARRONIS ATACINI VITA ET NOMINE.

Testimonia:

3.

In HISTORIIS: "CHRONICIS" legatur ad ann. 1935. Abr. i. e. 82. a. Chr.
n. de Varrone Atacino haec: "P. Terentius Varro vice Atace in pre-
vicia Narbonensis nascitur. qui postea XXXV. annum agens Graecas
litteras cum summo studio didicit."

4.

Sed PORPHYRIO in "COMMENT. IN HORAT." ad germ. I: 16, 46. (ed. Held.
p. 283.) adnotavit haec: "quasi alii *alia* carinum gene-
re consumante scriberent, querum mentionem habuit, sermonum autem

frustra temptasse¹⁾ terentius Varro Marbenensis, qui Atacinus ab Atace fluvio dictus est, item Ennius, qui quatuor libros saturarum reliquit et Pacuvius huic generi versificationis non sufficierent, ²⁾ sed ide³⁾ scribere ait ita; ut alius maior sit Lucilio minor. quem invēntorem huius operis merito dixit, quia primus Lucilius huius modi carmina scripsit.⁴⁾

Quibus in duobus testimonis posita sunt omnia, quae de vita ac moribus Atacini colligi possunt. neque enim in ipsius fragmentis, quae exstant, neque quibus locis illius mentionem faciunt scriptores antiqui, nobis occurruunt, quae ad poetae vitam, quando et quomodo agerit, pertineant. P. Terentius Varro, cui est cognomen Atacinus, Hieronymo auctore anno octogesimo altero natus est. Floruit igitur, ut spatium vitae dilucide significemus, belli Gallici aīque cīvili aetate Caesare et Pompeio de summo principatu (he)lectissime inter se certantibus.⁵⁾ Sed etiam Hieronymus Varronem XXXV. annum agenter Græcas litteras cum summo studio didicisse testis fide dignus est. Constat igitur poētam iuvenem triginta annū quinque annorum studere coepisse Græcas linguae et arti literariae Græcorum. Sed quanto studio ille in Græcas litteras inculuerit, non modo ex versicōde Argonauticorum Apollonii Rhodii vel ex iis versibus⁶⁾, quos Atacinus Aratum imitatus Latine condidit, sed potius ex ceterorum carminum vestigīis, quibus Alexandrines haud dubie sicutus est, dilucide cognoscitur. Quaecum ita sint, non habemus, cur Hieronymi verbis difidamus. Neque enim dubium est, quin Hieronymus haec rei notitiam, quae est redditā tanta cura, ut legatur ipsa quae vitae annū, quae litteras Græcas Atacinus disceret, nusquam aliterne haurire potuerit nisi ex fonte insigni optimeque, cuius auctor vita Veronis peritissimum erat. Suetonio autem Tranquillo cum plurimis aliis tum praeclaris ab Hieronymo cibari eum non ignoramus, (cf. Hier. ips. in praef. ad chron. Euseb. ; Theodori Mommsen: "Über die Quellen der Chronik des Hieronymus" in comment. societatis. Saxon. litt. II. (phil. hist. ord. I.) p. (69-693. ann. 1850; v. Sychowski in stud. hist. eccles. ed. Knöpfler. III, 2. ann. 1894.), ex cuius et diligentia pernagna huius annotationis optime iure concluditur Hieronymum in hoc quoque loco componendū nullum alium esse sicutum nisi Suetonium.

Sed unde Suetonius illud sumpserit, non iurius ē. ne quaeret. Certe non ex Reatini operibus. Nam cum exstant, qui contendant⁷⁾ illum Suetonium, cui de viris illustribus suum opus cenderet, et ex alio et ex illo Reatino undique ēa, quae ad imitandum atque exhaustiendum idonea ei videbantur, collegitae, necessarium est ostendere, cur potuisse, hoc vitae argumentū Atacini minime fluxisse ex Veronis Reatini libro, quem ille condidit de poetis. Facile enim fieri potest, ut aliquis hoc credat. Sed M. Varronem Reatinum eorum poetarum, qui erant iisdem temporibus quibus ipsa mentionem in hoc opere fecisse nullum exemplum invenitur. Qua de

¹⁾ De herum temporum eventibus optime *W. G. W. X* iudicavit Eduardus Meyer in libro, qui est inscriptus: "Camar-Monarchie und das Principat des Pompejus." (Berol. 1818. apd. Cott.).

²⁾ cf. Nordenski in Gerak.-Word.: "Einführung in die Altertumsw." I.ed.2.p. 417: "Denn Sueton hat seine Quellen besonders die varronischen Werke und die literarhistorischen Arbeiten des M. Valerius Probus ; des großen Gelehrten der neronisch = flavischen Zeit, sehr fräftig benutzt und da , wo ihn diese verliessen , selbständig weiter geforscht.

causa Rentinum huius adnotacionis auctorem fuisse negamus.¹⁾. Aliam igitur viam necessarium est ingredi , ut exploretur , unde quae ab Hieronymo de Verrone Atacino nuntiata sunt originem veram ducerent. Hieronymum maxima cum diligentia et mirum in modum servasse , quo vitae anno quantoque studio Graecis litteris operam dare coepisset Atacinus , iam supra vidimus ; quo ex facto hunc ex Suetonio illud argumentum haecesse non iniuria conclusimus. Sed etiam Suetonium Tranquillum , ut diligenter adhibuit in libris de vita Caesarum compendio acte imperatorum Romanorum secreta , ita plurima alia et maxime egregia petiisse a poetie ipsius de quorum vita et scriptis agit , manifestum est. Nam omnes sciunt , ut exemplum huius laborandi rationis afferam , Suetonium , cum de Horatii vita libellum componeret , Horatii ipsius carminibus esse usum. Quae res ex initio huius libri optime cognoscitur , quoniam Suetonus ipse addidit haec : " Q. Horatius Flaccus Venusinus , patre , ut i p a e t r e d i t , libertino ... scriptum quaeconrum comparavit . ". Itaque optime iure fit , ut suspicemur ~~hunc~~ , quae sunt aliata ab Hieronymo de Atacino tanta cum diligentia et cura , a Suetonio de Atacini libris de prompta esse. Atacinum enim seque atque Horatium aliquosque poetas in carminibus de quibusdam vitae sue casibus adnotaciones fecisse verisimillimum est , quoniam alio modo demonstrari non possit , unde ille locus Hieronymi originem capiat. sed quod Atacinus in suis operibus de se ipso dixit , factum est ; ut illud , quod legitur apud Hieronymum , evanescere felicissimo ex Atacini scriptis in posteriorum scriptorum opera aut commentariorum et Suetonii et Hieronymi invaderet.

Sed quamquam Hieronymum ob gravitatem ac pondus fontis clausum esse vidimus , tamen inter se dissentunt docti viri , quomodo faciem sit , ut P. Varro nominaretur Atacinus. Nam duo iudicia veterum scriptorum inter se contraria traduntur , Hieronymi , qui breviter dixit : " vice Ataco in provincia Narbonensi nascitur " et Porphyronis , qui scripsit : " qui Atacinus ab Ataco fluvio dictus est. " Editorum alteri hanc alteri illam memoriam secuti sunt. Neque vero fons tertius existat , qui adhiberi possit , ut haec discrepancia dijudicentur. Itaque diligentissime inquirere necessarium esse putamus , utra opinio vera sit . Porphyronis an haec de Verrone afferret , interpretatus est Horatii versus hos :

" Hoc erat , experto frustra Verrone Atacino
Atque quibusdam aliis melius quod scribere possem ,
Inventore minor . "

Iam Hoeperus (cf. Hermes vol. 18. ann. 1862. p. 422. adnot.) Porphyronem Horatii hos versus explanantem vera cum falsis miscuisse potest suspicatus est: Nam re vera Ennii Pacuviique saturarum characterem ab isto Horatii commentatore cum Lucilii et Horatii arte satirica plane confusum esse , quis est , qui negat?

1). Resutinum in libro de poetis primi Plauti , Enni , Naevii de vita et operibus agisse ex Gellii . Noctium Atticarum libris intelligitur. (cf. Gell. I. 24,3 et XVII. 22,43 et 45.). Quos alii scriptores in ceteris libris Varro tractaverit , non motum esse. Sed veteres , qui ediderunt iudicia aut indicem de scriptoribus , non commemorasse videantur eos , qui fuerint suis temporibus. (cf. Quintil. X. 1,54: " Apollonius in ordinem a grammaticis datum non venit , quia Aristarchus atque Aristophanes , poetarum indices , neminem sui temporis in numerum redegerunt . ").

Nam Porphyriensem Ennii et Factui nomina cum Luciliis et Horatiis Atacuisse, quasi illi Lucilianum genus saturas comprehendunt essent, summae imperitiae vel neglegentiae est. Neque enim fieri posse claram est, ut Horatius, cum uteretur hac elecione: " atque quibusdam aliis " Lucilio laudibus elato inventore saturas poetas indicaret, qui ante huius scribendi generis auctorem floruerunt; quae sibi repagnare apertum est. Sed potius Horatium tales designasse; quales Lucillii genus satiricum et eius mores scribendi imitati carmina, ut ita dicam, Lucilianis fervoris atque impetus compescuerant, ex illis verbis ipsis probabiliter demonstratur. Quocirca Orellii opinionem comprobem, qui prudentius atque cautius dixit (ed. Horat. II. p. 141.) nos ignorare, quae poeta significaret, certe non Eunium et Patuvium, ut vellent scholastae ¹: quibus aliatis nomen futurum esse speramus, qui nobis contradicunt affirmantibus Porphyriensem, quasquam inter multa lugubriter interpretatas optimas Prebi petissimum, illius deo-
tissimi grammaticorum scriptorum Romanorum elucidare nemo negabit, tamen in his Horatii versibus expediendis negligenter et viciis indicabam. Itaque valde dubitamus, num verum sit, quod de Varrenis cognominis origine ille docuit.

Sed etiam quomodo factum sit, ut Porphyrio illam interpretationem cognominis excogitaret, suspicari possamus. P. Varrenem ab Horatio poeta Atacinum significata esse Porphyrio videt. Sed cum ille Horatii carmina perscrutatus Horatium ipsum pro regione, in qua erat natus, Aufidum flumen identidem inseruisse (cf. carm. III: 30,10; IV: 9,2) animadvertisset, quam rem propter singularitatem memoria sua tenuit, verisimilissimum est Porphyriensem, cum de cognomine Varrenis insitatem miratus stupesceret, illius Horatii rationis recordatum ad ductum esse, ut Varrenem ab Ataco fluvio, quem in Gallia Narbonensi fluere non ignorabat, Atacinum dictum conieceret, praesertim cum Atacem flumen inter homines, qui tum erant, notissimum fuisse at minime Atacem vicum, ex eo apparent, quod scriptores antiqui flaminis saepissime (cf. Heldri: "Alt-keltischer Sprachschatz." p. 251 et Ihmii admet. apd. P.W. II. p. 1898. s.v. Atax.) sed vici nusquam loco Hieronymi unico excepto mentionem faciunt. Quaecum ita sint, id quod Fredericus Wueillner (p. 4.) Hieronymum de suo addidisse ad explicandum nomen Atacini contendit, meliore iure ad Porphyrionis adnotationem quam ad Hieronymam referatur. Quare Hieronymus cognomen esse dicatur, ut vicum Atacem nominis explicandi cause construeret nescio, quoniam ne cognomen quidem Varrenis adscit nedum originem explicare in animo habuerit. Sed P. Terentium Varrenem vice Atace natum esse simpliciter et evidenter enuntiavit. Praeterea nemo Romanus, quantum scio, cognomine fluvio petit ornatus est. Quibus argumentis omnibus allatis optime iure concludi posse patetnam Porphyriensem errasse, cum Varrenem ab Ataco fluvio Atacinum nominatum esse contenderet.

At longe aliter de Hieronymi fide totius loci et praecipue huius annotationis, quae est de Varrenis patria, iudicanda esse, constans. Nam Hieronymi testimonium vitae Varrenis tanta cura et scientia traditum est, ut verba haud dubie

1). Statim in mente mihi venit illius Lenasi satira, qui acerrime in Sallustium invectus est, aliquando huiusmodi; qui illa aetate floruerunt. (cf. Suet. gramm. 16. et ad Horat. sat. h. l. admet. Kiesal et Heinz. ed. 1910 p. 146.).

fides habetur, praeceps cum Hieronymum illud ex auctore gra-
tissimo haecesse antea demonstraverimus; de cuius fide ac veri-
tate nos dubitaveris. P. Varro nem igitur Atacinum vice, cui no-
men erat Atax, in Gallia Narbonensi sito natum esse conatur
videtur, quam ob rem Romanos cum Atacinum ab hoc oppidulo Ata-
ce nominasse percausum habemus. Non enim enim, ut saepius, Ro-
mani viros illustres scriptoresque et eos maxime, qui eodem
nomine gentile utebantur, oppidi cognomine, in quo mati aut
mortui sunt aut cuius expugnations gloriam immortalem sibi con-
sicerunt, afficere solerent, ut inter se discernerentur. Ad-
mones haec cognomina: Uticensem, quomodo Cato alter dictus est
(Plin. nat. hist. VII. 113.), Veronensem quomodo Catullus
(Prisc. II. 16; Auson. 471,2; Macrob. sat. II. 1,8; schol.
Verg. Veron. ecl. VI,1; Non. 546. ed. M.; Plin. nat. hist.
36,48.), Mantuanum, quomodo Vergilius (Philarg. expl. in
Verg. Buc. proem. ed. H. III. 2, p. 2,9), Setinum, quomodo
Valerius Flaccus (cf. Schenclii: " Studien zu den Argon. des
Val. Flacc. p. 272. cap. I.), Vannianum quomodo Horatius (cf.
Suet. vit. Horat. init.), Numantinum quomodo Scipio Africanus
Minor, ut discerneretur a Scipione Maiore altero. Neque vero
dubium est, quin Romani P. Varro significarent Atacinum,
ut a M. Varro Reatinus dilucide secereretur. Nam M. Varro po-
steris demum temporibus Reatini cognomine ornatus esse videtur
— nomen eius atque opera inter Romanos, qui tum erant, tanta
auctoritate et fama utebantur, ut cognomine eius non addito
nomine illius Varronis genus atque usum scribendi non esserent —
quoniam duo modo exempla inveniuntur, quae praebent Reatini co-
gnomen, et ea apud posterioris metatis scriptores, Symmachum
et Sidenium Appollinarum (Symm. in ep. I,2; Sid. Apoll. IV.
3,1.). Sed apud Sidenium Apollinarum veram lectionem restituit
Huhnkenius, (non Leo, neq; Paulus Mohr censuit) qui pro hoc
false verbo "Terentius" illud "Reatinus" textui inseruit. (" tu-
arum, inquam, arium, quarum peritis nec Frontemia-
nae gravitatis est ponderis Apuleiani fulmen sequiparem, cui
Varro, vel Atacinus vel Reatinus (terentius: LT, terren-
tius MC corr. ut v. ex terentius M man. 1.), Plinii, vel
avunculus vel Secundus compositi in praesentiarum rusticabuntur.)

Sed ea re, quod ille M. Varro a posteris solis Reatinus
est nominatus, M. Varro ut erat clarissimus doctissimusque
inter homines illorum temporum, Reatini cognomine apud veteres
scriptores et aevi aequales plane carmine perspicue indicatum.
Itaque, ut hanc sententiam confirmem, Varro separantur a
Plinio in nat. hist. iad. ad libr. III/VI. "M. Varro et Varro
Atacinus". 1) Sed iam antea Varro Atacinum Atace, in
vice Galliae Narbonensis natum esse, unde Atacini cognomen ac-
cepit, ex Hieronymi verbis probabiliter ostendimus; restat
igitur, ut nonnulla adiciamus de hoc ipso oppidulo, de cuius
natura ac situ eruimus nihil certius a scriptoribus traditum
esse valde dolentes. Sed id unum, quod Atax fluvius ad Atacem
vixit attigit, constare videtur, quoniam nomina et vici et
fluvii plane inter se consentiunt. Sed atiam, quod Atax oppi-
dum, cuius nomen a nullo alio scriptore afferter nisi ab
Hieronymo de hominum memoria excidit minime miramer. Illem enim
Narbonem Martium, quae Urbs coniuncta fessa cum mari ad eum
den fluvium Atacem sita erat atque Atax oppidulum nominis sui
fama et claritate, qua utebatur ex temporibus antiquissimis
apud scriptores et Graecos et Latinos maxime propter mercatorum

17. Addas; quae de hac re docuit Wilhelmus Schulze in libre
qui inscriptus est: "zur Geschichte der lateinischen Eigen-
namen", (societ. Gotting. ann. 1904, phil. et hist. ord. V-2)
p. 590. quo loco sententia, quam diximus, confirmatur.)

negotia ...1) - iam Atacenos (fr. 19.) mentionem eius fecit - hunc vicum parvulum Atacem iam pridem tantopere superesse , ut ille vicus in hominum oblivionem omnino iret facile intellegendum esse opinetur. Sed modo de Ataciniis quaedam vestigia exigua incertissimaque servata sunt. Ponemus enim Mela in chorographias libro II. 5 haec tradidit: " antestat omnes Atacinorum decimorumque colonias , unde clivis his terris auxilium fuit , nunc et nomen et decus est , Martius Narbo. " Quibus allatis Muellnerus (p. 4.) ex Ciceronis oratione , quam ille habuit pro M. Fonteio , capitio I. § 3. exhibens P. Varrenem Martii Narbone natum esse perperam , ut arbitramur ; suspicatus est. Nam si Narbone in oppido natus esset Yarre Atacinus , scriptores sua Narbonensem nominarent non Atacinem , quo cognomine Porphyrienes neglecto omnes cum affectarent. (cf. Horat. sat. I: 46/47; Prop. ad Verg. Ge. I: 14; Serv. ad Aen. X. 396; Quint. X: 1,87; Plin. nat. hist. ind. III/VI). Non. 191, 23. ed. M. 1.e. I: 281,23. Linds.; apd. Gramm. Lat. saepius.). Itaque Porphyriensis "Narbonensis" comparandum esse cum Hieronymo , qui clare dixit : " In provincia Narbonensi nascitur " , apertum est. Praeterea ex Melas verbis , quae supra diximus , nihil aliud clucere nemo negabit nisi Martium Narbonem fuisse Atacinorum decimorumque coloniam. neque vero ille loco , unde illi Atacini deducerentur neque quibus temperibus eo pervenirent traditum est. Tamen quin ante decimorum adventum Martium Narbonem se contulerint , ...2) minime dubitamus. Sed utram Atacini , quos incolas Atacis vici veteres fuisse persuasum habemus , cives Romani , clivis Roma emigraverint , ut sedes novas peterent , et Atace colonia parva condita Martium Narbonem coloni postea pervenerint , an indigenae humi terrae veteres , antiquitus haec loca obtinuerint et ciuitatem propter sua merita aut beneficio consecuti sint , ascimus. ...3) .

Sed reliquum est , ut alia , quae ex aliis argumentis conicienda sunt , ad vitam Atacini pertinentia , ubi et quomodo erit , afferamus. Nam quoniam Atacinum versus composuisse scimus ; quibus bellum in Sequanos Caesaris narratum atque celebratum est , (cf. Prisc. X: c. 1. G.L. II: p. 497,10.K.) poeta iuvenem viginti quattuor annorum huic expeditioni a Caesare anno 58. in hanc Galliae partem factas interfuisse verisimile est ; qua in conjectura cum Muellnero consentimus. (p. 11.). Sed id , quod idem vir doctus contendit , cum paulo post scriberet Atacium Caesarem comitatum esse bello civili verum esse negamus , quoniam huius rei demonstrandas testimonia satis certa plane desunt. Quin etiam mirum esse putamus quod reliquiis Varresie carminum diligenterissime comparatis ne exigua quidem vestigia inveniuntur bellorum civilium aliorumque eventuum quibus Romanorum civitas illis temporibus perturbata est. Itaque Atacinum a re publica afuisse

1). cf. quae de Narbone egregie et copiose colligit Hirschfeldius in C.I.L. XII: p. 521 sqq.

2). Optime exposuit Eduardus Meyer in e.p. 480/481. quonodo militum legionarium Caesariorum coloniae nominarentur et quando et qua ratione condarentur.

3). Hirschfeldius l.c. Atacinos incolas veteres Narbonis fuisse consuit ; ceterum inscriptio Latina est reporta a medico Hispaniensi , cui nomen est D. José Casellas , anno 1866. Ampamii in vico Hispaniese quae praebet , mulieris hoc nomen : " CORNELIAE ATACI ". Hispanienses Cornelias cognomen addidisse videntur , quo ipsa utebatur quoque vocabulare unde originem duxisset indicabatur. Inciderunt igitur CORNELIAE ATACI (AE) non ignorantes eam ortu Gallico fuisse , e regione Atacis vici. (cf. C.I.L. Hisp. II: p. 616. n. 4627.).

Et stipendiis in Gallia factis hominem privatum simili modo que Horatium poetam degentem litteris magno cum studio operam deditisse, ut res astronomicas et geographicas et philosophicas exploraret, concludimus. Praeterea si Atacinum vitas partem Romanos agisse iudicabimus, minime errabimus, praecepsim cum permultis Romanorum scriptores, qui in provincia orti sunt, cupiditate litteris studendi et gloriam aeternam sive poeticae sive rhetoricae adipisciendi adductos esse, ut Romanum non tam quod erat caput orbis terrarum quam quod sedes ac deacidilium humanitatis illorum temporum doctrinaeque summae Romanorum atque Graecorum se conferrent, non ignoramus. Sed hanc sententiam, quam protulimus, rectam esse aliunde quoque confirmatur. Quamquam Atacinum impulsum esse apertum est, ut Sequanici belli carmen scriberet, quoniam gestum est hec Caesaris bellum in ipius poetae patria, tamen accedit, ut illis ipsis temporibus nusquam nisi Romanas talia opera condita sint, qualia iisdem fere argumentis continebantur. Nam Ciceronem anno 54. carmen finxisse quo Caesaris expeditio in Britanniam facta tractabatur, et Balbum anno 49. praetextam condidisse, cui nomen erat "de suo itinere ad L. Lenquum proconsalem sollicitandum", inter omnes constat. De anno fatali Varrois Atacini veteres nihil tradiderunt. Sed ille Wuellnerus (p. 4/6) Atacinum anno 37. e vita egressum esse tanta sagacitate concavat, ut eius conjecturam propter argumenta gravissima sequi cogamur.

II.

DE ATAGINI BELLO SEQUANICO.

Varronem Atacinum carmen epicum composuisse, in quo Caesaris res in finibus Sequanorum gestas narravit, a Prisciano grammatico (G.L. II. p. 497, 10. K.) certiores facti sumus. Qui ut pro forma vulgari perfecti temporis "PELLEXI" anomalam "PELLICUI" a scriptoribus interdum exhibitan esse ostenderet, unum versum P. Varro tradidit. Scripsit enim: "P. Varro belli Sequanici libro II. Deinde ubi pellicuit duleis levis unda saporis." Qua ex annotatione hoc carmen compluribus libris contineri cognoscitur. Sed quæ re vera libres totum opus complexum sit, diuidicari nequit. Praeterea incertum est, utrum celebraverit Varro hoc in poemate bellum Caesaris, quod gessit anno 52. in Vercingetorigem, an illam expeditionem claram, quam fecit Caesar anno 58. in Atrievistum. Nos ipsi Varronem hanc contasse arbitramur, quoniam Caesaris atque legionum res in Atrievistum optime peractae maxima in omnium Romanorum, qui illis temporibus fuerunt, ore atque sermone versabuntur. Neque vero usquam nuntiatum est, quando poeta hoc opus conficerit. Tamen Varro versus, quos condidit de bello Sequanico, ante omnia cetera sua carmina edidisse ex nonnullis argumentis coniciamus. Primum enim, cum Varrom XXXV. annum agentem Graecis litteris studuisse sciamus, poetam, priusquam ad Graecos imitandos se converteret, Romanas res tractasse clarum est, praesertim cum non ignoramus Romanos libenter laudes rerum ipsius populi Romani optime gestarum versibus scipiasse. ...1). Deinde autem Atacinum

...1). cf. ex Ennii "ANNALIBUS", praecipue librum XVI., que bellum Istricum narratum est, Naevii "BELLUM PUNICUM", Vergilii "AENEISDEM", Lucani "BELLUM CIVILE", poetarum epicorum numerum magnum, quos optime collegit Ovidius in libr. ex Pont. IV. 16. Sed etiam addas, quae Fridericus Leo de Lucili genero scribendi docuit in libro, qui est nominatus: "Geschichte der römischen Literatur." p. 413. Nordenius quoque de hac Romanorum consuetudine optime iudicavit in nov. annal. 1901. p. 318. scribens: "Der Haag clarorum virorum laudes zu besingen, war ihnen

Hanc Caesaris expeditionem celebrassem cum apud Romanos cupiditas horum eventum audiendorum et legendorum atque animi elatio propter Ariovistum devictum captumque recens atque excitata fuit, pellucidum mihi videtur. Itaque Varrenem hoc carmen paule post hanc Caesaris expeditionem fixisse suspicor, ...1) sive ut cupiditate gloriae poetarum impulsus admodum invenis nomen et auctoritatem apud homines sibi compararet, sive ut Caesaris partes secundus victorias eius inter Romanos celebraret. Sed etiam quomodo factum sit, ut nim hil ad nos perveniret nisi unicus versus, quem tradidit Priseianus, demonstrari potest. Caesarem enim ipsum bellum Galli ci commentarium scripsisse inter omnes constat. Quem virum maxime egregium et omnium rerum peritum summae esse linguae elegantia et rerum militarium, quae exposuit, scientia Atacini opus longe superasse apertum est. Itaque factum est, ut omnes, qui bellum Galli ci eventus pernoscere vellent, Caesaris libris non Atacini versibus uterentur. Quomodo Atacini versus, quos condidit de bello Sequanicco, ex hominum meritis paulatim cessisse putamus.

III.

DE ARGONAUTIS.

Inter Varrenis Atacini opera multa atque varia eminet carmen, cuius grammatici et poetae Romanorum saepissime mentionem fecerunt. (cf. Ov. am. I: 15,21; aet. amat. III: 335; trist. II: 439. ; Sen. contr. VII: 1,27; Stat. silv. II: 7,7 ad quem locum addas quod docuit G.J.Vessius de hist. Lat. 77. in Vellm. ed., Stat. p. 378. Grammat. Lat. saepius). Inscriptum fuisse hoc carmen "ARGONAUTAE" veteres dilucide tradiderunt. Nam praebent scholia Veronensis ad Vergilii Aeneidem: II: 82. haec: " Verre Argonautarum primo ", Prebus ad Vergilii "Georgica" I: 14. " Traditur haec histeria de Aristaeo in corpore Argonautarum a Verrone Atacino ", Grammatici Latini VII: 332,7: " Verre vero in Argonautis ". Sed Properitius petam attulisse Iasonis nomen, cum de Atacini hec poemata verba faceret, (cf. II. 34, 77/90) nullius momenti est, quoniam nomine Iasonis allate non indicantur, quo titulo carmen utebatur, sed ea, quae in carmine a poeta tractata sunt. Totum autem poemam contineri quattuor libris Prebus ad Vergilii Georgica II: 126. p. 369. H. testis est, cum accurate scriberet: " ut existimat Varro qui quattuor libres de Argonautis edidit ". Sed etiam que exemplari usus sit Varro Atacinus in hoc carmine componendo notum est. Neque enim dubitatur, quin Apollonii Rhadii: " ARGONAUTAS " e Graeco in Latinum converterit. ...2). Quae res fragmentis, quae extant, cum Apollonii versibus diligenter comparatis clare

(seil. Romanis) angehören (Cic. Brut. 75.) und die Annals und Steins geben uns noch eine Vorstellung von dieser vorliterarischen Poesie. So setzten Naevius, Ennius, He stius, Accius, die Furii, Varro vom Atax und Cicero da ein und führten da weiter, wo die Griechen aufgehört hatten. " cf. etiam Jacobii in mus. Rhen. IX: haec verba: " Die Hochachtung vor dem grossen Epos steckt dem römischen Dichter ganz anders im Blute als den Alexandrinern. "

...1). Mercelius in prelum. ad Ov. Ibis p. 360. consuit idem; cum scriberet Varrenem Argonautica Apollonii Latina fecisse, postquam prius mere bellum Sequanicum scripsisset.

...2). Neque vero Atacinus veritus est uno carmini Enni ver-

peropicitur. Sed cum antea carmen Atacini codex numero 11-
brorum contineri quo Rhodii viderimus, optime fieri potest,
ut fragmenta, quae tradita sunt a scriptoribus libro, in
quo legebantur, non alio modo ordinentur atque fonte exhibite
recte distribuantur. Quin etiam Atacinus, cum hoc Apollonii
Rhodii opus Latine transferret, effecisse, ut inter seque-
lles et apud posteriores nomen ac famam non dispergatur, aper-
tum est, quoniam vestigia satis multa existant, quibus in-
dicantur, Atacini versus, quos de Argonautis condidit,
magis in auctoritate apud ceteros illorum temporum poetas
fuisse...1). Itaque Quintilius verba, quae facit de Var-
rone Atacino in fact. orat. X: 1,87: , haec: "Atacinus Var-
ro ...2) in iis, per quae nomen est edescutus, interpres
operis alieni, non spernendus quidem, verum ad suendum
facultatem dicendi perum locuples", quanquam ille quod Ver-
ronis carmen in animo haberet, non adiecit, tamen ad hoc
Atacini opus referenda esse credimus, praesertim cum pae-
tam Argonauticorum Apollonii interpretem fuisse brevi ante
explicaverimus.

Sed comparatione Romani cum Graeco poeta facta quanquam
Atacinus exempla suum diligenter secutum esse inveneris, te-
men Ruhmkorff in ep. crit. II: 200. "Varronem Apolloniensem
nonnulla addidisse de suo tale quid cum negat dixisset Apol-
lonius, nec per operis cui rationem dicere potuisse, id a
Varro additum existimare deberet recte minadvertis. Sed
etiam Ataciana Apollonii verba interdus aut contraria esse
elisiisse videtur; quae optime intelleges, si contemplatus
eris qua ratione Apollonii Rhodii versus I: 133/138 a Varro
in Latinum sermonem translati sunt: Ille enim initio
Apollonii sententias verbis optis constrinxit, ultime autem
in verso fragmenti primi nomine Poseidonis emisso Danai ne-
men addidit. Ut Atacinus Apollonii Rhodii non sensum sed
interdus verbo unesco et etiam sententias concludere licet,
ita dubium non est, quin narrandi arte suctorem summa non-
unquam certe superavit, quae res Apollonii versibus III.749
sqq. cum Verronis fragmante VII. collatis peropicere osten-
ditur:

"Desierant latrare canes οὐσί κυνῶν ἡλικῆς οὐ τοτίν οὐ ρρόος ἦν
urbisque silabant:
omnia noctis erat placida ἥγετος οὐχὶ δέ μετανοήσεις ἔχεις οὐ φύγεις.
composta quiete."

Quos Verronis versus propter splendorem iam Seneca maior in

...em ad verbum inserere, ut ex fragmante X. intellegitur.
Servius haec attulit: (ad Verg. Aen. X: 394.) "Innil est:
Oscitat in campis caput a service revolens
Semianimesque micant oculi lucemque requirunt."

...1). cf. Mordentii sententiam quem dixit in libro: "Ein-
leitung in die Altertumswissenschaft" I. p. 446. "wie gross
sein (sic. Varronis Atacini) Einfluss auf die Augusteer wer-
erschen wir daraus, dass wir noch mit unsrem durtftigen Ma-
terial viele überraschende Einzelheiten feststellen können."

...2). cognovimus est possum a Quintiliiano ante nominis par-
tem; "quomodo posteriores saepius ordines nominum partes
videntur." cf. Plin. nat. hist. VII: 113, qui præbet: "Uti-
consis Gato." vid. Monsseni in sua. Rhen. XV. (1860) et Lah-
meyer in Philel. XXII. (1865) p. 480.

contr. VII: 16,27. valde laudavit , cum comparationem iniret iater versus similes Ovidii met. I: 292. et Verg. Aen. VIII: 28 et Verromis. Ovidius enim totam sententiam Atacini potuisse longe meliorem concuit ; si secundi versus ultima pars abscondetur et sic desineret : "omnia noctis erant." Sed Seneca iudicans Ovidium in illius versus suum sensum invenisse Verromem defendit ; quod Varro quem vellet sensum ppter expli- cisset. Quip patris iudicio Seneca alter , qui nominatur philosopheus , commotus est , ut in ep. 56,5 i.e. p. 172,4 ed. H. ed. alt. diceret : "Nam quid prodest totius regionis silentiu- um ; si adfectus frenunt ? " Omnia noctis erant placida com- posita quiete. " Falsum est. Nulla placida est quiete nisi que- ratio composuit..... . Quin etiam Atacini hos versus tan- tem auctoritatem nactos esse contendat , ut poetae noctis silentium describentes verborum Atacini recordati sensum ac compositionem horum versuum imitarentur. Similes enim versus inveniuntur apud Verg. in Aen. I: 294 ; III: 147 ; IV: 522 ; VIII: 26, apud Stat. in theb. III: 415 ; apud Ovid. in met. VII: 185 ; in trist. I: 3,27. ...1). Illa quoque verba Ovidii ; quae existant in met. I: 292. , "Omnia pentus erant" prepter eandem constructionem singularem verborum a Varrone honesta esse nemo non negabit. Nam cum Vergilius , ille Ro- manorum poeta clarissimus , Verromi deberet , Ruetenus et Regelius exacte inquisiverunt ...2). Fragmenta ; quae hanc carminis Atacini danda sunt , omnia fere a grammaticis et com- mentatoribus plerunque nomine Verromis exhibito traduntur ; sed etiam ea , quae nomine carent ; facile carminis inseruntur quoniam ; cum Apollonii opus servatum sit totum , certe con- cludi potest , quae fragmenta Verromis Argenteutis sint. Ian. Ruhkenius in ep. crit. cum Apollonii versus et Atacini inter se compararet , maximam fragmentorum partem Atacino recte attribuit atque Aemilius Bachrænus huius carminis fragmenta omnia colligit. (cf. P.L.M. p. 332/334.).

IV.

DE MUSIS ET SATURNIS.

Iasene perfecto , ut Propertium sequar , Varronem lu- sisse Musa levi et ludicra ; cum in amores descendaret Pro- pertio (II. 34,35 sqq.) et Ovidio (trist. II: 439 sqq.) testibus omnes consentient. Verum tamen , qua compositione uteretur haec carmina smatoria quodque scribendi genus se- querentur , utrum essent brevia parvulaque nugarum mode in- stituta an elegici generis , viri docti neque adhuc valde in- ter se certarent , quorum alteri/ Varronem neque atque Pro- pertium elegica fecisse , quasi elegiarum coronam , ut di- cebatur , condidisset , defendebant , alteri autem aliquid certum ac firmum constitui posse de hac re omnino negabant. ut veritatem exquiramus primo nunc diligenter explanemus te- stimonia , quae reperiuntur apud scriptores. Propertius po-

...1). De hac re cf. Preisendorfii op. , quod est de L. An- naci Senecæ patris vestigiis in Sen. philos. scriptis de- prehendendis. (Philol. XXI. p. 84. n.ed.).

...2). cf. Rueteni dissert. " De Vergili's studiis Apollonia- mis commentatio philologica ." Monast. 1912. p. 12/15. et Georgii Regel: " De Vergilio poetarum imitatore testimonia ." Gotting. 1907. p. 82/83.

etc (II. 34,77/90) de Atacino haec attulit , unde tota
huius rei quæstio optime incipitur :

- * Tu canis Ascreai veteris præcepta poetae , 77.
Quo Zeges in campo quo viror uis iuge .
Tale facis carmen , docta testudine quale
Cynthia impositis temperat articulis . 80.
Non tamen haec ulli venient ingrata legenti ,
Sive in amore rudit sive peritus erit .
Haec minor his minis aut /oi minor ore canorue
Anerie indecto carmine cessit oler .
Haec quoque perfecte ludebat Iasono Varro , 85.
Varro Leucadiæ maxima flamma eam .
Haec quoque lascivi cantarunt scripta Catulli ,
Lestia quis ipse notior est Helena .
Haec etiam docti confessant pagina Calvi ,
Cum caneret miseræ funera Quintilis1). 90.

Quibus in versibus Propertius , postquam inter Vergilius
opera non tam Aeneidem , ut forte putas , quam illius Baco-
lides cantus laetibus extulit multis (vs. 67/80) , -- non-
sit enim Propertius quae insunt in Vergilius Bucolicis , con-
gruere interdum cum suis versibus ipsis -- nonnulla de suis
quoque carminibus attulit . Opposuit enim quae ipse posuit ,
illis Vergilius versibus Bucolicis clarissimis dicens haec ,
quae ipse scripsisset , ulli legenti non ingrata venire . De-
inde mentionem fecit Verrodis , Catulli , Calvi poetarum .
(85/90). Sed Notandum est , quod versus simillime instituti

...1): DE his Varroinis carminibus viri docti varie indica-
verunt . Ut Rehmenius hoc : " (p. 199.) Magnum ab idoneis
arbitris laudem talit eins "Leucadia" sive "Elegiarum liber"
post Argonautica scriptus . " Crusius apd. P.W. p. 2290. s.v.
Elegie. nov. ed. " Es ist also eine geschichtliche Tatsache ,
dass die elegische Bewegung auf italischen Boden zuerst be-
stimmmt wird durch die galante alexandrinische Dichtung im
Stil der ἈΛΕΞΑΝΔΡΙΚΩΝ καὶ ΑΙΓΑΙΩΝ dass die "ΕΛΑ-
ΓΙΑ" , die Varro Atacinus in einem seiner Geliebten Leucadia
(cf. Delia und andere) gewidmetem Büchlein gestand , ele-
gische Form hatten (der Name fügt sich bequem vor allen dem
Pentameter ein) ist eine einleuchtende Annahme auf Grund
vom Prop. III: 34,85 ; Ovid : trist. IX: 439. Anschauung ist
nicht zu gewinnen . " Teuffelius : (R.L. p. 511. § 212m. 1916
" Ferner teilte Varro die erotische Richtung der Alexandriner .
..... das sind aber die einzigen Spuren seiner Liebesdichtun-
gen , weil seine Nachfolger ihn verdunkelten Da Leu-
cadio ein Pseudonym ist , wie Delia und Cynthia , so liegt es
nahe an Elegien zu denken . " Jacobyus : (ms. Rhom. 60.p. 69)
" Wie man zu der Behauptung kommt , der Ataciner Varro habe
"einen erotischen Elegienkreis auf seine Leucadia" geschrie-
ben ; weiss ich nicht ; weder Prop. III: 34,85/86 noch Ovid:
trist. II: 439/440 geben ein Recht ; ihm gerade als Elegiker
anzusprechen . Martinus Schmitz : (R.L. § 269.) " Auch
P.Terentius Varro , welcher die nationale Richtung mit der
alexandrinischen verband , schrieb einen erotischen Elegien-
kreis auf seine Leucadia. cf. Werner filii V,2 p. 1395. Well-
nieri sp. Varr. p. 34. Grappi : " Röm. Elegie " p. 350. Trol-
li: Dissert. de eleg. Rom. origine. p. 86. Götting. 1911 .

erat. Primum animadvertes sibi respondere versus argumenta. Versibus enim in hexametris brevissime refertur, quales fuerint cantus, quos considerunt Varro, Catullus, Calvus; Versibus autem in pentametris adferuntur nomina puellarum amateurum, quas illi poetas in suis cantibus celebrarunt. Sed etiam notabile esse putamus hos versus omnes eadem verborum coniunctione inter se esse copulatos. Incipit enim iisdem voculis; nam legis initie versus 85. "haec quoque", versus 87. "haec quoque", versus 89. "haec etiam". Quibus verbis adducti sumus, ut nihil aliud a Propertio indicatum esse conceperemus nisi hos poetas compescuisse simillima.

Primus allatus est a Propertio Varro Atacinus. De cuius carminibus edidit ille haec:

"Haec quoque perfecto l u d e b a t Iesone Varro,
Varro Leucadios maxima flamma sua."

Neque vero dubium est, quim Propertius, cum haec verba scriberet, Verrem illo Argumentarum poemate permagni confecto omnium autem ab argumentis gravibus ad materiem levierem advertesse, ut carmina amatoria atque ludicra compeneret, significare vellet. Itaque Propertius, ut credimus, cum consilio et diligentia notiemus verbalem: "l u d e b a t" in textu recepit, ut veram naturam Atacini carminum clara illustraret. Nam omnes sciunt veteres vocem "ludere" exhibentes carmina non longa sed brevia, non gravia serisque sed ludicra levisque, non permagna sed parvula indicasse. Atacinum igitur sive lusum sive rugarum sive ineptiarum genus haud ignetum, quod est a Gracia nominatum "τιγγία", sequum esse non Propertii artem elegicam ex Propertii ipsius verbis non iniuria suspicatur. ...1).

...1). De genere lusum cf. Plin. ep. VII. 9,10: "Fas est et carmine remitti, non dieo continuo et longo (id enim perfici nisi in otio non potest), sed hoc arguto et brevi, quod apte quantas libet occupationes curasque distinguit, lusus vocantur. Sed hi lusus non minorum interdus gloriam quam seris consequuntur. recipiunt enim amores, odia, irasmissicordiam, urbanitatem, omnia denique, quae in vita atque etiam in fere causisque versantur." cf. schol. ad Hor. IV. 9,9. "lusi", inquit, "quim locis conviviis digna scripsit. (scil. Amaceon). Itaque poetae ipsi sua poemata minora, quae ediderunt, eo modo significaverunt: cf. L u c i l 30,1049. ed. Marx., qui maiora repudieavit (sat. 26.). cf. H o r a t . serm. I: 10,37. ed. I: 32,2. IV. 9,9. (de carminibus Amaceontis.) arc poetic. 107,226,379. et Porph. ad h.l. Verg. ecl. I: 10. VI. 1. Georg. IV. 565. (de eclogis) II: 386. (de fescenninis). Cirio: 1. cfr. 0 v . triest. II. 538. (de Vergiliis eclogis.) III: 3,73. IV. 10,1 (genitorum lusor amorum eo ipso nominat Ovidius.) C a t : 50,4. 61,225. 68,17: de augis: 1,1/4: 2,2. (cf. Birtz-Antikes Buchwezen. et Vahlii: " Sitzungsber. 1904.). cf. V a r . apd. Nenius 343. Ries. ed. sat. Mon: 230,3. C a l p u r n . ecl. 4,20. P e r r o . sat. V.16. Mart. 9: 1,5. II: 86,9/10. VII. 26, 7/8. Ritschelii opusc. II: 424. Q u i n t . X: 1, 63. (de Alcaeo.) " Alcaeus in eloquendo queque brevis et magnificus et i m c e n d i t plerunque oratori similis, sed et IUSIT et in amores descendit, maioribus tamen aptier. " Comieci " i m c e n d i t " pro his, " quae sunt a codicibus perperam et corrupte tradita. dicendi et: O. diligens: M. diligens et: S. i m c e n d i t: opponitur " lusit et d e s e n d i t " : similiter Quint. ipse in X. 1 16. " sed rebus i-m-condit. " Palaeographice mea scriptura a codicum imagine nulle fere modo discedit.

Sed editorum pars propterea , quod Leucadiae nomen a Propertio est commemoratum , quae fuisse dicitur Verromis Atacini amata , Atacinum elegias condidisse , quas Proper-tii more in unum librum confudisset , concluserunt . At iam Iacobius (Mus. Rhom. IX. p. 50. adnot. l. et p. 72.) se constare quidem paropicus ostendit , utrum poetae elegiaci libros inscriberent hominibus peccatarum , quas celebrarunt , addicione sine illo titulo carmina ederent . Itaque omnes argumentationes ; quae sumpteo sunt ex nomine Leucadiae aliato , auctoritate atque vi probationis carere mihi videntur . Quibus omnibus rebus confirmatur Varro-nem Atacinum seque atque Catullum inter augas carmina amatoria miscuisse , ut Leucadiae suos virgines versibus laudaret . Verromem , cum haec pangaret , illorum temperum con-suetudinem secutum esse manifestum est . Quam opinionem meam veram esse videbis , si Ovidii erit . II: 427/440 compara-veris :

- " Sic sua lascivo cantata est saepe Catulle 427
Femina ; cui falso Lesbia nomen erat.
Nec contentus ea , multos vulgavit amores ,
In quibus ipse suum fassus adulterium est. 430
Per fuit exigui similiisque licentia Calvi ,
Detexit variis qui sua furta modis.
Quid referam tuncidas , quid Memmi carmen ,
spud ques
Rebus adeat nomen nominibusque puder?
Cinna quoque his comes est , Cinnaque precastier
Amor 435
- " Et leve Cormifici parque Cotonis opus:
Et quorum libris modo dissimilata Perillae
Nomine , nunc legitur dicta , Metellae , tuo
Is quoque Phasiacas Argo qui duxit in undas ,
Non potuit veneris furta tacere suae . "

Quibus in versibus Ovidius Atacini carmine , quae nominan-tur "furta veneris" , cum Calvo et Catullo anguste con-finxit , quorum hic "multos vulgavit amores" et ille "de-texit sua furta variis modis". Quae dixit Ovidius et de Cal-vi et de Verromis cantibus , plane , quod ad sensum verbo-rum attinet , inter se concentuant . Denique Catulli hos versus (50,4) conferas , qui praebent haec:

" scribens versiculos uerque nostrum
Ludebat numero modo hec modo ille . "

(uerque i.e. Catullus et Calvus) . Vidamus igitur Ca-tullum et Calvum in versiculis variis lassisce . Neque ali-ter Propertius Atacini partem lvc. illustravit . Erge pro ex-plorato habemus Catulli , Calvi , Atacini poemata fuisse et charactere simili instituta atque composita).

...). cf. Iacobii o.c. p. 68/69. : " In der Tat kennen wir keinen früheren Vertreter des Genos . Ca-tull kann man nicht in eine Reihe mit den römischen Elegikern stellen , da er das elegische Mass nur in " Uebersetzungen " (c. 50.) Brie-fen (c. 65. 66.) , einem Spottgedicht (c. 67.) und Spi-grum verwendet hat . Mit Catull geht Calvus . Die Dichtun-gen , in denen er " detexit variis sua furta modis " ent-sprechen Catull's polymetrischen augae . " Hieronym. ad Abr. ann. 1930: " Catullum lyricum poetam nominavit non ele-giacum ." cf. Plin. nat. hist. 28,19. Quint. X. 1,96.

Ergo antecessores hos peccat tres fuisse manifestum est illis re vera elegiacis et clarissimis et notissimis inter Romanos, quorum nomina sunt Gallus et Propertius, Tibullus et Ovidius. Sed hi, qui illud genus saeculorum et iudicium secuti sunt pungentes carmina variorum argumentorum atque modorum minorum vel maiorum, consilium commune et schema firmum compositionis neglexerunt neque quae fixerant in numero certos versuum redegerunt neque quae eodem sensu continebatur, in unum librum quasi in unum corpus vel coronam; ut dicere solebant antiqui, incluserunt, quae praecepta institutaque compendi prius generis elegiaci fuerant. Eo accedit, quod scriptores enumerantes poetas elegiacos neque Atacini neque eiusquam ex duabus ceteris mentionem fecerunt. ...). Sed veteres Atacinum silentio omnime praeteritum fuisse, si ante Cornelium Gallum, quem auctorem generis elegiaci a Romanis indicatum esse constat, primus elegiarum libros condidisset, credere nequaque possumus, praeceptum cum Ovidium ceteraque carmina Varronis non ignorasse alarum sit.

Ad Varronis elegias retulit Aemilius Bachrœus unicum fragmentum (24.): Legitur apud Sergium grammaticum in capite, quod est de solecisme. Quae orationis figura viciosa a Sergio demonstratur hoc Varronis versu: (cf. G.L. IV. 564, 12. k.)

"Huic similis <ex> curis expedita lamentatur"

quem versus Bachrœus, ut Varronis Atacini elegiis attribueret, mutavit et edidit ita:

"Huic similis curis ex petra lamentatur."

Admonuit Bachrœus, quae ipse exposuit de Catulli verso c. 64, 119 in anal. Catulli. p. 51. (Iensae 1874). Sed quem Buecheleri, quam fecit; conjecturam, in qua Aemilius Bachrœus contentia nititur, veram esse Gustavus Friedrich in editione sua Catulliana p. 350. (ann. 1908) prudentissime reiecit, argumentum ex Catulli hoc verso nullum eius rei cepi potest. Quid igitur? Si Servii verba recte emendavisset Bachrœus; quemodo Solecismi illud exemplum, propter quod versus traditum est, verbis mutationis servatum esset, nescio. Nam quamquam librarii,

...). cf. Quint. X: 1, 23. "Elegia queque Graecos provocans, cuius mihi terus atque elegans maxime videtur: auctor Tibullus. Sunt qui Propertium malint. Ovidius utroque lascivier, sicut durior Gallus." Diomed. G.L. I: 484. K. "Elegia est carmen compositionem hexametre versus pentametrumque alternum in vicem positis. quodgibus carminis praecepit scripserunt apud Romanos Propertius et Tibullus et Gallus imitati Graecos Callimachum et Eupherionem. cf. Ov. trist. IV. 10, 53.

"..... nec amara Tibullo
tempus amicitias fata dedere nescit:
Successor fuit hic tibi Gallus: Propertius illi:
Quare ab his serie temporis ipse fui."

cf. Ov. ars am. III: 333. am. I: 15, 27. Stat. silv. I: 2, 252.

neglegentes ut erant crebro in libris excoribendis , ver-
culem "ex" omiserunt , tamen propter eloquaciam exemplum
in texu restituendo praespositionem "ex" ad verba "cur-
ris expedita" addendum esse puto. Ceterum arbitror illi-
us versus auctorem hanc scribendi rationem "ex curis ex-
pedite" iniustitatem vitiosamque exhibuisse pro usitate op-
timaque Horatii oratione : "curis expedite" (ed. I.
22,17.) et Catulli : "solutis curis" (c. 31,7.).
Propter huius versus elocutionem ruden simplicemque , non
quae caret omni elegantia et urbanitas colore , et
propter rem metricon adducor , ut auctorem versus , quem
Nicias inter fragmenta saturarum Monipppearum Postulai rec-
te recepit (cf. Nies. ed. sat. Hor. p. 329.) , Varroem
Reatinum instituamus .

" Postquam de Varrois Atacinis nugas tractavimus , re-
stat , ut agamus de eius saturis. Varroem sagittas com-
posuisse Horatius testis est . (sat. I: 10,46/47.) .

" Hoc erat , experto fructu Varroen Atacino
Atque quibusdam aliis melius quod scribere possem
Inventore minor . "

Qui versus Horatium saturarum artem Atacini parvi acci-
misse demonstrant ; non false iudicatisse Horatius mihi
videatur , quoniam ne was quidem ex scriptoribus Romanis
Horatio excepto Varrois saturas dignas habuit , quae
commemoraret. Neque igitur ullus versiculus ad nos per-
venit. Quo facto Wilhelmus Christ impulsus est ; ut Var-
roen Atacinum saturas scriptissime omnino negaret. Qui
docuit (Acad. Muensch. ann. 1893. part. I. p. 119. phil.
hist. ord.) ...). Horatii verba prepterea , quod gram-
maticus quidem ignotus posterioris notitia rerum metri-
carum causa pro Reatinio Atacinum interpolavisset , non
ad Atacinum sed ad Reatinum referri oportere. Falso es-
se hanc opinionem mihi persuasum est. An tu existimes
pro illo Reatinio , qui propter permixta opera dectissima
apud omnes illorum temporum homines suetate et cle-
ritate summa esse est , inservi exco esse Atacini nomen , non
quod erat multo minoris momenti ac ponderis ? Conferas
quoque quae exposuit Trollius in dissertatione sua , qui
optime ostendit Propertii carminis II. 34. non solum
structuram sed etiam quae in sunt cum Horatii saturae I: 10
congruera. Itaque quoniam Propertium vidimus nominasse
poetas , qui antecederent ipsi , dubitari non potest ,
quin Horatius similiter sui generis scribendi antecesso-
res significaverit. Certe saturas Monipppearum , ut erant
compositae et exornatae , cum Horatii arte saturas faci-
endi nunquam comparari posse manifestum est. Ergo Wil-
helmi Christ sententiam possum esse nemo negabit.

ut istam

...). • Kein Mensch weder in unserer Zeit noch im Alter-
tum weiss etwas von Säuren des Varro aus Atax ; von die-
sem kommt man nur Argonautica und eine Choregraphie. Be-
kannt hingegen in aller Mund sind die Saturae des Varro
aus Reato. Ist es nun zu kühn , zu vermuten , dass ein
Grammatiker , der mehr Metrik als Literhistoriker war
das Anerkennige "Varroen Reato" durch "Varroen Ataci-
ne"ersetzt , und dass dann ähnlich wie sat. I: 6,162.
sich die Interpolatica in all unseren Handschriften ein-
bistete . "

Quod ad annotationem Acronis attinet dicentis Varroenem saturas scribere temptavisse et scripsisse , sed non edidisse , cum Buhnenio (p. 200.) consentio , qui docuit , si Varro saturas suas suppressisset , nullum Horatio de illis iudicandi facultatem futuram fuisse.

Utrum illud epigramme , quod adscriptum est Terentio Varroni Atacino a librariis codicum , sit genuinum necone , recte iudicasse mihi videtur reufulsum in Rom. Lit. p. 512. & 212. qui de hac re edidit haec: " Das Epigramm (A.L. 414. P.L.M. IV. 64.) auf das Grab des reichen Bürgers Licinius (der erst unter Tiberius starb; schol. Iuv. I: 109. P.R.E. IV. 1081.) wurde wohl wegen der Landsmannschaft dem Varro beigelegt. Die Ueberschrift lautet: terentii Varronis Atacini . (schol. Pers. II: 36 non invenustum Varromis epigramma.).

V.

DE CHOROGRAPHIA.

testimonium.

PRISCIANUS grammaticus in III: 25. (G.L. II: 100 ed. Hertz.) haec adnotavit: " Varro in choreographia:

Ergo inter solis stationem et sidera septem Exporrecta iacet tellus ; hunc extima fluctu Oceanus , interior Neptuno eingitur ora . "

chorographia : EPL. 2. Krehlii ; cosmographia : Zwecc. 2. quam scripturam secuti sunt / Bitschelius in mus. Rhom. VI. (1848) p. 494. et Merkalius in prelatis ad Ibin p. 361. sq. or the geography : FBGL et HEIDELBG. teste Lind. hereto- graphia : Kier the geography : H ; ortho- graphia : De cauis margini m. rec. adscriptum : lag. chorographia et est Varro Atacinus ; quam sententiam secuti sunt : ed. Ascensionis 1516 Putschius. Scaliger in Astr. vet. poet. frgts. p. 162. David Buhnen in sp. crit. II: p. 199. Burmannus in anthol. Lat. II. p. 1402. Meyerus in anthol. Lat. I. met. 78 Wernerius in poet. Lat. min. V: p. 1385 et 1402. Amilius Bachres in Rom. poet. frgts. p. 334. Riesius in ed. sat. Menipp. p. 263. Inter titulos haecque Wuellmerus p., 24/26. Reoperus in Hermae vol. XVIII. (1862) p. 433. adn. 18. Neque cosmographiam neque choreographiam carminis inscriptionem fuisse ille suspicatus est.

Inter Varronis fragmenta , quae continentur argumentis dectis et rebus gravibus , sunt , quibus indicateur tradidisse Atacinum versibus choreographicarum quoque rerum praescepta. Atquei quo titulo et qua compositione hoc carmen dectum institutum fuerit aut quo ex fonte poeta hanc scripsit , multae opinione et variae et contrariae existent. Codicium enim librarii Prisciani verba (III: 25.) in quibus posita sunt omnia , quae de hoc opere Atacini ab antiquis nuntiata habemus , dubie reddiderunt. Qui obtulerunt duas lectiones , quarum altera alteri plane obstat. Viri autem decti , qui ut perturbationem librorum expidirent , fragmenta singula diligenter inquisiverunt atque

inter se comparaverent sperantes hoc perscrutandi modo titulum carminis verum inveniri posse , explorare emiserat , num quaecunque fragmenta huic Varrenis poemati a scriptoribus data sunt re vera ad choreographiam referenda essent. Itaque ab hac difficultate quaestione nostram huius carminis erdimur.

" Atque vero , quoniam reliquiarum non solum fragmento XVIII. , quod Charisio grammatico teste (I: 61, K.) Atacine Varrene certe est attribuendum , de Africæ rimibus agi dilucide indicatur , sed etiam in fragmento XX. , quod minime datus Restino ... 1) sed Atacine propter verum colorum et contentiarum structuram eximiam , de Indias plantis , quae erant dignæ commemoratione singulari ex natura et specie , tractatur , quin Atacinus choreographicas res scriptissimas erit , quis est , qui dubitet! Neque enim afferri possunt , quibus demonstrantur talia rerum argumenta ab antiquis descripta esse in libris cosmographicis. An putas quae de arborum magnitudine narrantur , ad cosmographicas attinere? Chorographiam igitur scriptissime Varrenem arbitror. Cui opinior ne obstat quidem quae insunt in fragmentis XIII. et XIV. Facile enim intellegi potest poetam , priusquam de situ ac natura terrarum ipsarum verba dicaret , breviter explicasse de mundi universitate , qualis esset quotquæ in partes divideretur. Tellurem enim extremitatem iaceere inter certas regiones sphaericas Atacinus in fragmento XIII. exposuit , deinde quae maria ingentia totius orbis oces alluunt. Addas quoque quibus argumentis fragmenti XIV. versus continentur. Ex quibus Ritschelius Atacinum de caelestibus zonis orbis aetherii tractasse concluseit ; quoq[ue] huic Varrenis poemati tiquum cosmographiae attribuit. Sed falsum est. Neque enim quæ et quales plagæ existent solum narratur sed potius cur illæ habitentur aut sint inhabitabiles. De terrestribus igitur circulis agi manifestum est. Itaque clarum est fragmenti verso primo nihil aliud significari nisi docuisse postam zonas terrestres congruere cum aetheriis cæli. Quam ob rem recte scribitur : "

" At quinque aetheriis zonis accingitur orbis "

(scil. terræ) . (cf. Ferbigeri : " Handbuch der alten Geographie " I: p. 543. Bergeri : " Geschichte der wissenschaftlichen Erdkunde der Griechen " p. 205. ann. 1903 ed. 2.) Itaque Atacinum choreographicæ initio aut si vis in proemio de universi orbis systemate , statu , finibus nos certiores fuisse quis est cui non appareat ! Similiter quoque Pomponium Melam suum opus choreographicum inchoasse ex tapitis I. § 4/5 cognoscitur , ubi ambitus Oceani ; qui terram eingit , atque zonarum , quales sunt et quot habitabiles , ille scriptor mentionem fecit.

Quibus praemissis reliquum est , ut dicamus , quid de codicis scripturis concrecamus. traduntur : orthographia cosmographia , choreographia. In archetypo , ad eius imaginem

... 1). Si vis scire , quomodo Restini versus hexametri constructi sint , conferas exempla haec , quæ collegi ex scutis Menippis Restini editione Riesiana exhausta. p. 97. fr. 8; p. 103. fr. 2; p. 127. fr. 16; p. 128. fr. 20; p. 151. fr. 6/7; p. 158. fr. 12; p. 183. fr. 22; p. 174. fr. 3 p. 208. fr. 5; p. 112. fr. 2; p. 210. fr. 4/5; p. 216. fr. 9 p. 219. fr. 2; p. 220. fr. 3; p. 229. fr. 3. Ex his exemplis cognoscitur Verronam litteram finalem " e " libenter elisiisse et inter versus Latinos interdum immisceuisse Graecam orationem. (cf. p. 181 ; 169 ; 216 .).

revocanda sunt, quae praebent ceteri libri, neque orthographiam neque cosmographiam extitisse certum est. Primum enim fieri minime posse credimus, ut librarii vocem "COSMOGRAPHIA" viciose mutaverint in "ORTHOGRAPHIAM", quoniam litterae verborum inter se plane differunt. At contra ex "CHOROGRAPHIA" facillime et "ORTHOGRAPHIAM" et "COSMOGRAPHIAM" false scribi posse pellucidum est, sive librarius in exscribendo neglegenter laboraret, si- ve indoctus ut erat perperam coniceret, cum versuum sensum non perspiceret. titulum recte servavit modo Erlangen-sis: 2 Krehlii; manus rec. codicis: D in margine "CHOROGRAPHIA" bene correxit: ...1). Optimo autem iure ex me queres, cur fragmentum XII. silentio plane preterierim. Sed de hoc postea.

Nunc ad Festi glossam "tutum sub sede fuissent: Verro in Europa" (cf. ed. Muell. p. 381. s.v. tutum.) nos vertamus. Quam Antonius Augustus — haec verba sunt Muelleri — in Pomponii Iacti schedis extitisse testaque est. Quavis eius fides ambigua et subiecta esse dicatur, tamen, quoniam Atacinum Varronem re vera chorographicis carmen condidisse ante vidimus, hanc glossam ad Varronis chorographiam referendam esse credo. Optime compara-vit illud glossematicam Rosperue (o.c. p. 433. adn. 18) cum Stephani Byzantii annotatione, quas invenitur s.v. Δυρπάχιον· Αλέξανδρος εν Ερεύπην· (cf. Meinekii: "Anal. Alexandr. p. 371/377") Sed quod ille vir doctus ex hoc consensu rerum consecutus est, cum doceret Alexandrum Lychnum Atacini fuisse exemplar, incertius mihi videtur, quam ut credi possit. Testimonia enim gravia plane desunt. tantum vero reliquias Atacini chorographicis diligenter inquisitis concludere licet poema inscriptum fuisse "CHOROGRAPHIA", deinde proemio excepto totum extitisse ex tribus partibus, quas erant: De Europa (fr. 16/17), de Asia (fr. 20), de Lybia (fr. 18/19) ...2).

...1). Similis codicum perturbatio reperiatur in Prisciani loco (II: 267 K.), quo Ciceronis chorographicici operis (sic in codd. R-A-B: chorographia) menio fit. (cf. ed. Orelli. part. IV. p. 994. XII. e.g. Jeuffelii R.L. I: p. 424 § 186,5. ed. 6. ann. 1916.). Chorographicus titulus legitur in Pomponii Melae subscriptione cod. Vat. 4229 (cf. O. Jahn: sec. Sax. III: p. 345. s.v.: "POMPONI MELAE DE CHOROGRAPHIA LIBRI TRES EXPLICATI. FELICITER. PL. HUSTICIUS HELPIDIVS DOMINIVS VC YTB ET. SPC. COM. CONSISTOR. EMMENDAVI. RABENNAE. Ad notiem chorographicae illustrandam pertinent Vitruvii verba VIII: 2,6: ad cosmographiam schol. ad Stat. theb. II: 32. "cosmographia dicitur mundi descriptio" et Isid. Origg. VI: 2,1: "Moyses divinae historiae cosmographiam in quinque voluminibus edidit." cf. Cassiod. inst. div. 25.

...2). cf. Gehleri in M. ter. Varr. sat. Menipp. rel. p. 64 (Lips. 1844): "Chorographiam non Rustini sed Atacini Varronis hodie quidem in vulgus notam est. vid. Muelln. et Ruhnk. ep. crit. II: p. 240, cuius haud improbabilis conjectura est Europam, librum a Festo s.v. "tutum" memoratum partem illius chorographicae fuisse." cf. Meinekii l.c. p. 374,19: "Alterum carmen (sc. Alexandri Lychni) tribus continebatur partibus: Asiae, Europae, Libyae descriptionem complectens. De Alexandro Lychno cf. Fabric. bibl. Gr. III: c. 19,3 et J.G. Hullemanni "De Cornelio Alexandro Polyhistore" p. 4.

Denique restat ; ut adiciamus nostram opinionem de iis , quae sunt allata ab aliis ad restituenda fragmenta . Wernsdorfius enim (V. p. 1386) censuit Licentium , cum componeret " Arcanum Varronis iter " , quod poema dedicavit ille Augustino , (cf. Zelzneri : " de carmine Licentii ad Augustinum " Vratisl. 1915 p. 3. sqq.) Atacini chorographiam attigisse . Quam doctrinam iam B. Fischerus in dissertatione sua (de Augustini discipl. libro qui est de dialectica p. 56.) recte reiecit . (cf. quoque Zelzneri o.c. p. 18.) . Ad M. Varronis Reatini libros navales non solum spectant Vegetii (de re mil. IV. 41.) et Solini (c. 11.) exempla sed etiam Servii verba (ad Verg. Aen. I: 112.) , quae ad Reatini libros de cr̄e maritima Wuellnerus (p. 29/31.) optime rettulit . (cf. Teuffelii H.L. I: p. 337. § 166,6 ann. 1916 ed. 6) . Illud autem fragmentum obscurum , quod servavit Diomedes et Varroni attribuit Scaliger (G.L. I: 500) , Pacuvii esse videtur . (cod. PACONIUM praebeat .) Certo esse nequequam Atacini constat1). Sed porro ! Quamquam quem scriptorem Hesychius (s.v. ed. Flach. p. 37. num. 149.) , qui edidit : " Βάργων (Βάργων ed. Med.), Ἰτογίκος ἐπιτομὴ τῶν κατ' Ἀλεξανδρὸν τὸν Μακεδόνα significaverit , nescio , tamen haec Hesychii verba neque ad Atacini carmen chorographicum neque ad eius aliud opus pertinere posse clara est , praesertim cum Flachius in hoc loco interpretando (cf. mus. Rhen. XXXVI. ann. 1881 p. 318.) errasse mihi videatur2).

De Plinio imitatore Atacini nunc nostrum est exponere quantum scimus . Naturalis enim historiae in indice ad librum III./VI. Plinius cum alios scriptores , quos imitatum est , tum Atacini nomen attulit . Neque tamen , ut opinor , fieri potest , ut certe statuimus , quae Plinius ex Atacino hauserit . Nam quod ex Atacini multis versibus fragmenta modo parvula atque paucula servata sunt , non habemus , quomodo Atacini et Plinii argumenta inter se comparari possint , ut diligenter inquiratur , quid alter alteri debeat . Sed id unum valde miror , quod quae tractaverunt ambo non leguntur in Plinii iis libris , quos se scripsisse Atacini quoque vestigia secutum ipse in nominum indice contendit . (cf. fr. 14. cum Plin. II: 68 et fr. 22. cum Plin. XVIII. 35,87/88) . Klotzius , qui huic materiei studuit , recte iudicasse mihi videtur de hac omni re ; qui dixit in quaest. Plinian. geographic. (Berol. 1906) p. 16. haec : " Sequitur Varro Atacinus . Cuius chorographiae numquid deberet Plinius , nemo adhuc quaequivit . Tamen eum ut poetam honoris potius causa nominatum esse consentaneum est , sed quin Plinius eius libros perlegerit , equidem non dubito . "

...1). cf. G.L. I: 500 K. adnot. et J.H. Vossii ad Cat. p. 271. et Achill. Tat. ad Cat. 64,2 p. 232. et Meyeri Fr. poet. Lat. I: not. 78.)

...2). Flachius expicit haec : " Es ist mehr als wahrscheinlich , dass dieser Autor (sc. Alexander Ephesus) und diese Schrift gemeint ist und ein unkundiger Lesser zunächst das Γέρειον in das ihm bekannte Μακεδόνα korrigiert hat , worauf dann der ganze Teil korrupt geworden ist . " Quam sententiam minime proprobo , quoniam Hesychia verba : " Επιτομὴ τῶν κατ' Ἀλεξανδρὸν τὸν Μακεδόνα " vitiare , ut opinor , in sermonem Germanicum translate sunt a Flachio . Qui interpretatus est : " Ein Auszug aus den Werken Alexanders (von Ephesus) . " Sed transferenda sunt verba hoc modo : " Ein Auszug aus den Werken , die über Alexander von Makedonien handeln " 1. e. ut brevius dicam : " Ein Auszug aus den Alexander - schriftstellern . " (cf. Plut. de Galbae vita c. 29.)

Inter fragmenta chorographicis recipit Aemilius Baehren versum, qui est traditus a Cicerone in Tusc. disp. libro: I: 20,45 et in de nat. deor. libro III: 10,24. Cur fecerit, editor tacet. Sed elidi oportere huicversum ex Atacini fragmentis ostendam. Nam quamquam in his verbis: "Europam Libyamque rapax ubi dividit unda" res geographicas agi apertum est, non sunt, cur credamus Atacinum fuisse auctorem. Cicero enim in Tusc. disp. I.c. hunc versum, quem Atacini esse Aemilius Baehren suspicatus est, duos alios anteposuit, qui hausti sunt ex Enni "Medea": (cf. Bon. ed. Vahl. fr. 302. p. 53.). Ciceronem huius capitatis exemplia, quorum alterum subsequitur primum tam opere, ut paene inter se cohaereant, quaeque auctoris nomine praetermisso ex memoria allata esse videntur, de uno fonte deproprieisse verisimilior est, quem exemplum alterum esse ex Ennio alterum ex Atacino. Itaque cum Paullo Merula, Luciano Mueller (ed. Bon. p. 34. fr. 273. annal. 8: 2b.) Vahlen (ed. Bon. p. 53. fr. 302. annal. 9: 3.), qui hunc versum Ennio non Atacino dederunt, plane consentio.

Nihil antea diximus de illis versibus, qui traditi sunt a Mario Victorino I: 16 (cf. G.L. VI. p. 60. K. et fr. Atac. 12 B.). Nunc explicandum est, quid de iis concesamus. Atacini esse illos versus non Beatini, ut non nulli putaverunt, ex arte scribendi summa atque eleganti linguae structuraque versum optima dilucide appetet. At vero quae insunt chorographicis rebus plane carent. Nullo igitur modo fieri potest, ut illi versus referantur ad carmen, cui est titulus "CHOROGRAPHIA". Sed quid? ut difficultatem non parvam expediamus, primum quibus fragmentum argumentis continetur deinde unde originem ceperit diligentissime perscrutemur. Inquitur Atacineversum initio de sphaerae musica et quomodo oriatur. Quae tonorum harmonia motu vehementi atque rotacione celerrima septem orbium errantium efficitur. Quod omnes veteres docuerunt. (cf. Macrob. comm. in somn. Scip. II: 1/4; Censor. de die nat. c. 13.; Them. Smyrn. p. 185. ed. Mart.). Apollinem deum, quem saepius celebratum esse ab antiquis constat ertis musicae principem (cf. Find. Nem. V: 42; Bion. Id. III: 8.) meditatum esse a poeta narratur sonos septem orbium concinantes et voces harmonicas consimiles reddere dextera manu. Coniunxit igitur poeta magna cum prudentia atque doctrine sphaerae musicam cum arte clarissima Apollinis fidibus psallendi. Atque vero propter hanc comparationem solam illos versus poetam condidisse certe credo. Neque minus certum est talia argumenta ad carmen chorographicum minime pertinere. Sed in philosophicis interdum quae in rerum natura fiunt comparata esse et coniuncta cum deorum natura atque proprietate inter omnes notum est. Quibus rebus adducor, ut credam Atacini hanc existisse in poemate, quod continebatur argumentis philosophicis. De quo postea accurius tractabimus.

Sed etiam Graeci nuntiaverunt quae sunt versuum Varonis simillima. Quo facto impulsi sunt viri docti, ut de fonte Graeco, ex quo fluxisset illud Varonis, conjecturas facerent. Sed eos falso suspicatos esse mihi persuasum est. Iam enim Hillerus in Erathostenis carminum reliquis p. 38/47 et 76 illam opinionem Godofredi Bernhardi, qui Erathostenis poema "MERCURIUS" exemplar Atacini fuisse primus obtinuit, (cf. Dionys. Perieg. p. 521 n. 1)

quod est: "quae ad Galbam
pertinent." . Recte contradixit Flachio Muellerus in
praef. script. rer. Alexdr. p. 6.

non rectam esse optime demonstravit. (cf. Ernesti Maas "Comment. de Germanici prooimio" in Ind. lect. Gryphiow. 1893/94 p. XIII.) Sed ne ii quidem , qui Reepere aucto-
re (cf. Philolog. XVIII. ann. 1848 p. 433) Atacinum
Alexandri Lychni versus (cf. Meinekii l.c. p. 373 ;
Theon. Smyrn. astron. 15. p. 182 ed. Mart.) imitatum
esse opinantur , recte iudicant. Nam versibus Alexan-
dri et Atacini inter se extius collatio hunc cum ille
minime consentire animadvertes.

Vidit et aetherio mundum
torquerier axe
Et septem aetheriis soni-
tum dare vocibus orbis
Nitentes aliis alios, quae
maxima divis
Laetitia' st. At tunc longe
gratissima Phoebi
Dextera consimiles medi-
tatur reddere voce.

Quibus versibus comparatis dilucide cognoscitur ab Ale-
xandro scriptore deum H e r m a m celebratum esse in-
ventorem lyrae sed contra ab Atacino poeta deum A p o l
l i n e m artis musicas conditorem. ...1). Quae valde
inter se differunt. Itaque neque Alexandri Lychni car-
men neque Erathostenis "Mercurium" huius fragmenti fon-
tem fuisse perspicuum est.

A Antecedunt octo versus qui-
bus septem planetas i.e.
circuli erratici enumerant
tur. Τάντες ἐπιταράβοιο λύρης φοργίαις περιπόδου
τελευτὴν προσέχουσι διατάξας καὶ τοῦτον ἀλλον.
Sequuntur versus quattuor-
decim quibus agitur de in-
errantib[us] astris et tonis
qui efficiuntur.
Τοίχυτοι σειρῆνα Διὸς παῖς ἔκρονεν Σερῆνη
ἐπτάτονον κίλκειν προσύπορος εἰρούκτονος.

...1). Vides quod antiqui dixerunt de Erathostenis et
Alexandri hoc loco. Primum addas CHALCIDII verba , quae
exstant in Plat. Tim. ed. Wrobelii p. 141. c. 78: * Quem
(sc. Platonem) secutus Erathostenes motu quidem stel-
larum sonus musicos sedi consentit , sed ordinem conlo-
cationis non eundem esse dicit. Statim quippe post lu-
nam secundam altitudinem a terra soli dat memorans fabu-
lose Mercurium commenta recensa se lyra cum caelum as-
cenderet , primitus transuentem parea quae in motu pla-
netum ad organicum modum personabant , a se inventae ly-
rae similem miratum , quod imago a se inventi operis in
caelo quoque reperiaret stellarum conlocatione , quae
causa esset concinntiae recensere , * deinde Heraclidis
in Alleg. Nom. (ed. Mehlerii p. 27 c. 12 i.f.) .

VI.

DE VARRONIS ATACINI CARMINE

IN QUO PRAECEPTA SAPIENTIAE TRADUNTUR.

Inter scriptores Romanorum inveniuntur, qui mentionem facient operis Varroonis, de quo usque adhuc nihil ferre certius notum est. Quaestio[n]is huius rei initium facinus a Quintilianis dictis, quae leguntur in inst. orat. libro I: 4,4 :

" Nec poetas legisse satis est. Executendum emne scriptorum genus, non propter historias modo, sed verba, quae frequenter ius ab auctoribus sumunt. Tum nec citra musicen grammaticae potest esse perfecta, cum ei de metris rhythmique dicendum sit: nec si rationem siderum ignorat, poetas intellegat; qui (ut alia mittam) toties ortu occasuque signorum in declarandis temperibus utuntur: nec ignara philosophiae, cum propter plurimos in omnibus fere carminibus locos ex intima quaestio[n]em naturalium subtilitate repetitos; tum vel propter E m p e d o c l e m in Graecis, V a r r o n e m ac L u c r e t i u m in Latinis, qui praecepta sapientiae versibus tradiderunt. "

Quintilianum inter Empedoclis et Lucretii nomina, quos re vera praecepta sapientiae in versibus tradidisse non ignoramus, Varrorem queque attulisse vidimus. ...1). Neque vero indicavit Quintilianus, cum Varrois cognomen praetermitteret, utrum Reatinus an Atacini esset opus, de quo dixit. At tamen si Ciceronis secund. poster. paragrap[hi]os cum Quintilianis verbis comparaveris, (cf. § 3/8) a Quintiliano significatum esse non Reatinum sed Atacinum, videbis. Cicero enim, qui in hoc dialogo se ipsum cum Attico suo amicissimo et Varro Reatino colloquentem finxit, ex Varrone haec quesiuit: (§: 3) " Illud autemquare, quid sit, cur, cum multa scribes, genus

...1). Cum Quintilianni loco conferas Lactantii hunc, qui fluxisse videtur ex ipsis verbis Quintilianni: (div. inst. II: 12,4.) " E m p e d e c l e s , quem nescias utrumque inter poetas an inter philosophos numeres, quia de rerum natura versibus scripsit ut apud Romanos L u c r e t i u s et V a r r o , quattuor elementa constituit. " et Vellei Paternuli: II: 36,2 " Quis enim ignorat diremptos gradibus etatis floruisse hoc tempore Ciceronem, Hortensium, antequam Crassum, Cottum, Sulpicium, neque Brutum, Calidium, Caelium, Calvum et proximum Ciceroni Caesarum sorumque velut alumnos Corvinum ac Pollionem Asinum nemulumque Thucydidis Sallustium, auctoresque carminum V a r r o n e m ac L u c r e t i u m neque illo in suspecto carminis sui opere minorem C a t u l l o . " Documentunt Reatinum a Quintiliano indicatum esse: Spaldingus in ed. quint. adnot. h.l.n., Teuffelius in L.R. tom. I: 288 Riesius in sat. Men. p. 16., Oehlerus in sat. Men. p. 84 - 85; Reifferscheidius in ed. Suet. p. 408. Sed censuerunt Atacinum significari: Nitschelius in mus. Rhen. VI. p. 494 et Reperus in Philol. XVIII. p. 432.

hoc (philosophandi sc.) praetermittas , praesertim cum et ipse in eo excellas et id studium totaque ea res longe ceteris et studiis et artibus antecedat . " Quae cum interrogavisset Cicero , respondet Varro . Cur , quamquam doctrinarum philosophiae nequaquam imperitus esset , tamen siluisse neque philosophiae doctrinas mandavisset litteris . Praecipue ille attulit duas causas . Primum quod philosophiam Graecis litteris diligentissime explicatam vidisset se existimasse , si qui de Romanis eius studio tenerentur , si essent Graecis doctrinis erudit , Graecos potius quam Romanos lectures , sin a Graecorum artibus et disciplinis abhorrent ne haec quidem curature , quae sine eruditione intellegi non possent ; itaque si Latine talia scripsisset , laborem omnem frustra suscepisset . (§ 4/6) Deinde autem physica sua , quae nosset Cicero , ...¹⁾ difficiliora tractatu esse , quam ut , cum haec sua physica ex affectione et ex materia ea , quam fingeret et formaret effectio , continerentur , quibusdam verbis i.e. notationibus philosophicis exprimi possent aut quem ad intelligendum adducerent . Potius se ipsum totum illud philosophiae studium sibi sumpsisse et ad vitae constantiam et ad delectationem animi , praesertim cum nuncquam arbitratus esset maius aut melius a diis datum munus homini , ut apud Platonem esset . (§ 6/7) . Amicos suos , in quibus studium esset , se ad Graecos ire iussisse , ut ex fontibus ipsis hauirirent . Sed potius , quae nemo adhuc docuisset , se fecisse , ut Romanis cognita essent . — De libris grammaticis et studiis antiquaria hic loquitur . — Neque a Graecis haec peti posse neque post L. Aelii occasum a Latinis . Tamen se Menippum imitatum multa ex intima philosophiae admiscuisse ; quae iugunditate quadam exornasse , ut minus docti faciliter intellegerent .

Quibus argumentis se a Consuetudine Romanorum , querum multi philosophiae doctrinas a Graecis in sermonem Latinum transtulerunt , plane abhorruisse ipse Varro confirmavit . Illum igitur nulla vitae aetate talia scripsisse , qualia condita sunt a Lucretio et Empedocle , certum esse mihi videtur . Quam ob rem fieri non potuit , ut Cicero , cum postea Varronis opera enumeraret , eius poematis philosophici mentionem faceret . Sed Ciceronis verba , quae fecit , ut Varroni responderet , ipse afferamus . Sunt : " Tum ego , sunt , " inquam , " iusta , Varro ; nam nos in nostra urbe

...¹⁾). Minime significatur hac Restini electione : " Nostra tu physica nosti " carmen philosophicum , quod compo- suisse Ritschelius illum Ritschelius credidit ; qui dixit p. 494. : " Dagegen will ich eine Möglichkeit offen lassen dass nämlich eine Andeutung für Lukrezischen Stoff des von M. Varro verfassten Gedichtes in Varros Worten bei Cicero 2 § 6 liege : " Nostra tu physica nosti " u.s.w. so dass hierauf in Ciceros Gegenrede die Erwähnung des " poema " sich bezöge ; Wo kann Varro sonst eine Theorie der Physik entwickelt haben ? " Alter atque Ritschelius de Varronis verbis : " Nostra tu physica nosti " iudice . Indicatum est , quid Varro ipse et Stoici de rebus physicis senti- rent atque cogitarent . Interpretamur igitur : Nostram tu nosti opinionem φύσην , quam habemus de physicie rebus . Ipse enim brevi post negavit Varro se talia scripsisse , quoniam doctrinae physicæ , quas ipse et Stoici sequeren- tur , difficiliores essent tractatu .

peregrinantis errantisque tamquam hospites tui libri
quasi domum reduxerunt, ut possemus aliquando qui et
ubi essemus agnoscere; tu actum patris, tu descrip-
tiones temporum, tu sacerorum iura, tu sacerdotum, tu
domesticam, tu bellicam disciplinam, tu sedem regio-
num locorum, tu omnium divinarum humanarumque rerum no-
mina, genera, officia, causes aperuisti, plurimum
que idem poetis nostris omninoque Latinis et litteris
luminis et verbis attulisti, atque IPSE VARIUM ET ELE-
GANS OMNI FERE NUMERO POEMA FECISTI PHILOSOPHIAMQUE MUL-
TIS LOCIS INCHOASTI, AD IMPELLENDUM SATIS, AD EDOCEN-
DUM PARUM. " Quibus allatis Ciceronis dicta optime con-
gruere cum iis, quae brevi ante sunt exposita a Varro
clare perspicitur. Reatinus enim, postquam opera gram-
matica et studia sua antiquaria commemoravit, Menippeas
saturas nominatim attulit. Eodem queque modo Cicero,
cum responderet Varro, libres Reatini, quorum facit
mentionem, ordinavit. Constat igitur libris artis gram-
maticae et rerum antiquarum enumeratis Ciceronem, cum
Varrenom " poema varium et elegans omni fere numero"
edidisse traderet, nullum aliud opus M. Varrenis signi-
ficasse nisi Menippeas saturas, ne quid praetermitteret
quemodo illum virum clarissimum laudibus afferret, prae-
sertim cum Ciceronis esset sermone Reatini dedicato ma-
xime respicere ad ea, quae, quia laude magna digna sumunt
neglegenda non erant. Fieri non petuit, ut Cicero, post-
quam Verre ipse illud poema laudavit, in operibus ne-
minandis eius saturarum Menipppearum obliviscaretur. Prae-
terea si Cicerò carmen philosophicum Varrenis indicasset
Reatinum mendacii coarguisset, quoniam ille ipse brevi
ante clare et dilucide negavit se Latine condidisse phi-
losophica aut physica aut alia huius modi. Que accedit,
ut explicatum sit ab ipso Cicerone Varrenum modo multis
locis philosophiam inchoasse; quae dici non possunt de
carmine, quod continetur plane argumentis philosophicis.
Sed huic carmini, de quo loquitur Cicero, varia argu-
menta inserta fuisse philosophicashic et illic ~~admixta~~ apparere mihi videtur. Ad saturas autem Menip-
peas hec propria referri possunt. Quibus allatis non du-
bito, quin Cicero hec loco Reatini saturas Menippeas
significaverit. ...).

Quin etiam quod attulerunt ii, qui de hac re con-
trarium opinionem sequuntur, dicentes propter numerum
singularem vocis " poema " fieri non posse, ut Ciceroni
verba ad saturas Menippeas referantur, quoniam il-
lad totum opus continetur multis carminibus, reici pos-
sunt. Iam enim Neoperus exempla satis multa in Philol.
tom. XVIII. l.c. collegit, quibus recte demonstratur
numerorum usum variare. Nam quibus locis propter san-
sum verborum pluralis forma expectatur, interdum nu-
merus singularis ab antiquis penitus. Sed quamquam non
ignoramus et grammaticos Latinos (cf. G.L. I: p. 284 ;
Diem. VI. 56,19 ; Mar. Vict. 274 ; Non. 428,6 ; Isid.
ethym. I: 39,21.) et eos Romanorum scriptores, qui

...). conferas quemodo Theodorus Mommsen, ille vir
egregius doctissimusque, de Varrenis Reatini ingenio
philosophico iudicaverit in libro III. p. 604 historiae
Romanae. Item Buechelerus illa Ciceronis verba ad ~~admixta~~
~~admixta~~ saturas Menippeas Reatini retulit in ed. Pe-
tron. p. 164.

rebus dialecticis praecipue studebant (cf. Cic. acad. poster. I: 3,8), ut erant Lucilius (sat. IX. 341/347 ed. M. I: p. 24) et Varro Bassinus (sat. Menipp. p. 190 fr. 14. ed. Ries.) netiensem vocis " POEMA " a " POESI " exacte et diligenter distinguisses , cum regulat sancirent , hanc vocem contineri pluribus carminibus i.e. corpore operis confecti , ut est Iliae Homeri vel Aeneis Vergilii , illam autem clandi uno tantum modo carmine , que certiores ad firmiores instituerent linguae leges , tamen in vulgo scriptores et poetas non raro ab hac praescepto discesserunt. Conferas nunc , quaece , exempla , quae collegi , scriptorum , qui pro singulari plurali et ubi pluralis pescitur , singularem adhibuerunt.

pro singulari legitur pluri-
ralis.

Lucr. I: 934, III: 420.
Verg. ecl. VIII: 70; V: 14, 43
et 55, 81 cf. admet.
Ladewigi ad h.l.
Manil. III: 151.
Stat. silv. II: 7, 77.
In Culice: vs. 3 et 10.
carm. spigr. 990, 9.

pro plurali legitur singu-
laris.

Perphyr. ad Hor. c. IV: 9, 7
Mart. XIV. 189.
Prop. I: 7, 10; II: 5, 6.
Hor. III: 30, 13 omnis ver-
ba optime Graece trans-
vertuntur hac ratione:
πεντος διω τὰ Αἰωδικὰ γεμάτη μετ-
γένεσιν εἰς τὸ Ιταλικὸν διδίκτου.

In hec "carmine" ^{ab} Horatius significatur summa ^{ἀρμάτων} que atque a Cicerone illud "poema" effertur unum corpus omnium carminum , quibus saturarum Menippearum totum ^{φύσις} continetur.

Vidimus igitur Ciceronis illud arcanaum " poema elegans et omni fere numero varium " certe spectare ad Reactini Varrenis Menippearas saturas. Sed Menippearas saturas nunquam comparari posse cum scribendi genere ac ratione Incretii vel Empedoclis lucis clarissima est. Quibus ex argumentis certe demonstratur Ciceronis verba plane discenderet a Quintilianni dictis , qui , quoniam Verronen Reatinum opus philesephicum non scripsisse nunc scimus , nullum alium Varrenem indicavit nisi Atacinum. Optime igitur iure ascribimus Atacine carmen , quod continebatur argumentis philesephicis. De titule poematis certum dici nihil potest.

VII.

UTRUM SCIPSERIT

ATACINUS EPHEMERIDA NECNE.

Verronen Atacinum fixisse carmen , quod inscriptum fuisse dicitur " EPHEMERIS " , permulti credunt. Qui sequuntur Bergili coniectaram , quam ille vir doctissimus ingeniose fecit (cf. mus. Rhen. vol. I: ann. 1848 p. 372) cum decoret breve expositionis Vergilii Georgicerum I: 397. pro verbo , quae leguntur in codice G ad Atacinum referendis his: " Varro in EPIMENIDE : nubes vellera

X) quae verba conferri possunt cum Prog. ad Verg. ecl. VI. 31. qui ad Reactini saturas pertinencia edidit haec: , quod is quoque (in M. Varro) omnigeno carmine saturas suas expolivit .

lanae stabunt " scribenda esse haec : " Varro in EPHEMERIDE : nec nubes vellera lanae Stabant. " Bergkius enim , postquam arbitratus anotherum , cum haec verba condenserat , Arati versum 938. *Τολμάκι ἡ δημούρων τετύνεται οὐκέτε πόκοις τοιότα τιδαλούται* imitari voluisse septem illes versus , qui a Vaticani codicis libraria ad Verg. Ge. I: 375 traditi (cf. Serv. ad Verg. Ge. I: 375 ; fr. XXII. B. Regelia dissertation. p. 83.) et haud dubie ex Arate sunt petiti (cf. Arati : Διογῆν. vs. 210/212 et 222/224), cum brevis expositionis loco comparavit et coniunxit , Varrenum Aratum in Latinum translatissime suspicatus est. (" apparet ex his Varrenum in Latinum sermonem vertiisse extreman certa partem Aratei carminis , quam Cicero aliisque , qui deinceps secuti sunt , cum transferrent , Prognostica appellaverunt. "). Qued Atacini opus inscriptum fuisse Ephemerida ex brevis expositionis verbis Bergkius , ut supra vidimus , coniecit. Hanc Bergkii doctrinam omnes editores secuti sunt , cum conjecturas splendore atque illius viri maxime egregii scientiae et animi sagacitate caperentur. Sed cum verba quomodo tradita sunt , numeris ac modis varerent , viri docti versum restituere vario modo cenati sunt. Quia de causa multas lectiones extant. Scripserunt enim : Riosius (ed. sat. Men. Reat. p. 264.) " Nubes (ut) vellera lanae Stabant" ; Bachrens : " - νε - νε - nubes cum vellera lanae Stabant" ; sed etiam loco conjectaram Bergkii comprehavat ; (cf. Herm. vol. XXXVII. p. 52. ann. 1902 " Für die Bearbeitung Arates hat Vergil nicht Ciceros Uebersetzung , aber des Atacinius Varro Ephemeris benutzt , wie wir durch schol. zu 375 Vatic. und zu 397 Leyd. 135 Licon. II: p. 222) erfahren.) . Ille edidit ita : " Nubes vellera lanae Spargunt" . Sed " spargunt " scriptit pro " stabunt " codicis G , quod ; ut , scriptor Plinii XVIII. 82. p. 243 scriptarum recordatus est. ...1). Neque aliter de hec loco iudicaverunt Ernestus Maas in Arateis p. 242. (" convertit etiam Varro Atacinus in Ephemeride frg. 22. B."), et Skutschius in libro , quem inscripsit Germanice : " Aus Vergils Frühzeit " p. I: 108. admet. (" ebenso stammt Lanae vellera vs. 397 . nicht aus Lukrez VI: 504. sondern aus Varros Uebersetzung von Arat vs. 939 , die in den Leydener Scholien n. St. erhalten ist.).

Neque vero omnes philologi cum Bergkio plane censentur. Nam postquam Hagenus , cum breven expositionem Vergili Georgicorum iterum ederet , duebus codicibus Parisinis in textu recensendo exhibitis , quae lectionum fide atque traditione optima librum G multis locis longe superare animadvertisit , emendatione huius loci plane nova usus haec verba primus optime restituit , cum scriberet à " Nubes sicut vellera lanae constabunt" , ...2).

...1). Plin. nat. hist. XVIII. 82 : " Si nubes ut vellera lanae a parte matutina multae ab oriente , aquam intriduum praesagient. "

...2), Verbū compositū " con-stabunt " pro simplici recte ut opinetur scribitur , qua electione nubium concursus optime illustratur. cf. Verg. Aen. III: 518: " Postquam cometa videt caelestis tare serene ; addas quod Servius a.h.l. expl. admetavit: " Omnia videt habere

Krollius, quem auctorem esse illius capitatis litterarum Romanorum Teuffelii anno 1916 correctione forma denuo editae, in quo de Atacini vita agitur, persuasum habeo ...1) valde dubitavit, num verba brevia expositionis re vera pertinerent ad Atacini carmen. Qui Reatini de libris Ephemeridum cogitavit. In primis autem Krollius in museo Rhen. vol. IXX. p. 603/606 ann. 1916 huius rei quaestioni maxime studuit. Primum illa Atacinum carmen, in quo Arati vestigia secutus esset, titulo Ephemerides afficere potuisse negavit. Quae evidenter demonstrasse Krollius mihi videtur. Deinde autem locum brevis expositionis non vere, sed prosa oratione contineri censuit. ...2). Sed quamvis Krollius opinioni eorum, qui Bergkii vestigia secutus Atacino Ephemerides carmen attribuerunt, plane assentire dubitaret, tamen Bergkii conjecturam impugnare ausus non est ipse, sed potius id spectavit, ut suam sententiam Bergkii conjecturae quam optime accomodaret. ...3). Docuit enim non Atacinum ipsum, qui Arati versus in Latinum sermonem convertisset, hoc opus significasse titulo Ephemeridos, sed posteros. ...4). Sed id unum effecit Krollius, ut conjecturae fidem Bergkii labefaceret.

Frustra enim interrogabis, cur posteriores adducti sint, ut hunc titulum Ephemerida statuerent; quod tamen Krollius silentio praetermisit ac reliquit. Sed totam

caelum, quae significant serenitatem. " CONSTARE " autem suppetere. " cf. Ptolem. in Tetrabibl. ex paraphr. Procli II: 14, ubi Graeca lingua, ut res similes indicentur, compositum verbum " ΚΥΡΙΩΣ ΕΠΗΜΕΡΙΑ " exhibitur.

...1). cf. Teuff. L.R. I: p. 511 § 212,2. ann. 1916. ed. 6 " Ferner aus der Bearbeitung des Aratus die sieben wohlgebauten Hexameter bei Serv. Verg. Ge: I: 375 (Arat. 942; 954 ff.). Fraglich ist der Titel Ephemeris : schol. Verg. Ge. I: 397 p. 265. H. Varro in Ephemeride (so: Bergk. epimenide ist überliefert.): nubes sicut vellera lanæ constabunt, sicut et Aratus. (nämlich 938.) Das scheint aber Prosa zu sein und kann aus den Ephemerides des Reatiniere (vgl. 166,6,c.) stammen. "

...2). p. 603 l.c. " Das ist Prosa, wenn der Wortlaut genau wiedergegeben ist (nubes sicut vellera lanæ constabunt), und kann dann nicht aus einem Gedicht des P. Varro stammen ". In adn. Kr. haec addit.: " Die Worte lassen sich zur Not als Hexameter lesen, aber sie ergeben einen cäsurlosen Vers, den wir dem Varro nicht zutrauen dürfen. cf. L. Mueller: De re metr. 218.

...3). p. 604. " So ist der Schein der Bergkschen Conjectur nicht ungünstig. Denn dass EPIMENIDE nicht richtig und EPHEMERIDE einzusetzen ist, wird kaum zu bezweifeln sein.)

...4). p. 606: " So wage ich zum Schluss wenigstens so viel zu behaupten, dass P. Varros Aratübersetzung, auch wenn ihr das oben behandelte Fragment zuzuweisen ist, nicht den Titel EPHEMERIS geführt hat, sondern ihr dieser erst in späteren Zeiten beigelegt worden sein kann. "

conclusionem , quam facit Krollius , vitiosam esse ex his apparere mihi videtur , quod , si quis Bergkii conjecturam , qui pro nomine EPIMENIDES edidit EPHEMERIDA , iudicavit rectam esse , verba autem breve expositionis soluta oratione contineri contendit , non aliter concludere potest nisi locum Servii non ad Atacini carmen referendum esse , sed ad Reatini Ephemeridas , quas prosa oratione compositas esse scimus ; Krollii igitur conclusione totam rem minime dijudicari neque expediri apertum est. Itaque novum conamen difficultatis persolvendae mihi liceat proponere.

Nimis enim est violentum , ut opinemur , dicere Atacinum sive totum Arati carmen sive Extremam partem convertisse Latine. Nam quia versus , qui traduntur a Servio ad Verg. Ge. I: 375. , ex Arato Atacinum petisse animadvertisimus , certe dici posse poetam Romanorum Arati poema in Latinum transtulisse seque atque Apollonii Rhodii Argonautas valde diffidimus. Fieri enim potuit , ut poeta eodem modo quo Vergilius aliisque Arati solum singulos versus ad sua carmina transferret . Huc accedit , quod verba brevis expositionis uti soluta oratione credimus. Neque enim quiequam certius nec gravius afferri potest , quo demonstretur hanc opinionem esse falsam. Si forte contradicas conatu angusto ac firmo verborum " vellera lanæ " indicari finem versus , conferas quaeque eadem loquendi compositione usum esse Plinium quoque in nat. hist. XVIII. 62 , ubi inveniuntur prosa electione haec : " si nubes ut vellera lanae spargentur multæ ab oriente , aquam in triduum praesagient ". Tamen , ne brevis expositionis verba ad Reatini Ephemeridas referamus , impeditur , quoniam Epimenidis scripturam omnes libri praebent. Quid igitur ? Varronem Reatinum opus condidisse contendimus , quod erat inscriptum EPIMENIDES. Iam enim Bergius ipse , cum de hac re quaestionem iniaret Reatini saturarum Menippearum mentionem facit. Sed ut eum coniecturam defendaret , brevis expositionis verba ad Varronem Reatinum referenda esse negavit. Tamen ipse Varronis Reatini verba extant , quibus , si comparantur cum Servii dictis , demonstrantur composuisse Reatinum EPIMENIDES saturam. Nam leguntur in : DE L.L. libr. VII: 3 haec : " Nec mirum cum non modo EPIMENIDES -f- opos post annos L. experrectus a multis non cognoscatur , sed etiam TEUCER Livi (inc. fab. XII. R.) post XV annos et suis qui sit ignoretur ". Quibus verbis Varro commoravit Epimenidem. Sed valde dolendum est , quod haec vox , quae submittitur nomini Epimenidis , est corrupta. Editores varia coniecerunt. Spengelius et Reifferscheidius ediderunt : " CHES ". Sed Bachmannus (Lucri. comm. p. 391. ad VI: 755.) magna cum doctrina et prudentia scribendum esse " EPIMENIDES MEUS " evidenter ostendit , quem secutus est Riesius in sat. Menipp. ed. p. 215.). De suo igitur Epimenide Varro Reatinus loquitur seque atque brevi post de Livi Teucro. Dubium non esse putamus , ...). " De L.L. libr. VII: p. 283 haec habet Florentinus codex : Nec mirum , cum non modo EPAMENIDES OPUS post annos L qui sit ignoretur. Lagomarsino tamen potius apparuit opes , nisi quod si prima et tertia litera incertae visae sunt : huic super scriptum olim fuisse quasi N. Iam illud COGNOSCATUR tempore praesente positum ostendit scriptoris nomen a Varrone significatum esse : ergo nihil certius est quam scribendum esse EPIMENIDES MEUS ; quamquam Victorio ad Varronem emendandum non profuit satiram eius quae SEXAGESSIS inscripta fuit memoriter contulisse , in variis lectionibus XXIV. 1.

quin hic titulum et suinet Livii operis indicaverit , quae sententia confirmatur , quoniam Servius Epimenidis Varronis mentionem fecit. Quibus allatis Beatinum saturam SPIMENIDEM condidisse verisimillimum est;...1) Ex quo opere hoc unicum fragmentum , quod legitur in brevi expositione Vergilii Georgicorum I: 397. , traditum habemus. Mirandum igitur non est , quod verba " nubes sicut vellera lance constabunt " prosa oratione continentur; inter enim versus Beatinum immiscuisse collutam quoque orationem in saturis Menippeis componendis satis certe constat. Sed etiam Plinius l.c. haec verba ex Beatino huiusmodi apparere mihi videtur . Nam ipse in nat. hist. indice ad libr. XVIII. inter alios Reatini quoque vestigia se esse secutum confirmavit.

FRAGMENTA.

I.

ARGONAUTAE.

Liber: I.

l. (1)

Ecce venie Danai multis [post gentibus Nauplii].
Namque satus Glytie , Lerni quem Naubolus ex se,
Lernum Naupliades Proetus , sed Nauplion edit
fil[ia Amymone Europas] Danaique superbi.

Schol. Veron. ad Verg. Aen. II: 82.K. (ed. Hag. III:2 p. 418) " VARRO ARGONAUTARUM PRIMO ". Textus corrupte traditur. vs.1: VINIT codd. et edd. VENIS conieci. Lacuna , quae est in extrema versus parte , vario modo suppleta est ab editoribus. Edidit GENEVATA PROPAGO Keil(ius) in comment. M.Val.Prob. ad Verg. Buc. et Ge. Halis 1848 p. 84. Baehr(ens) in Fr.P.R. p. 332. Hagg(enus) in comment. Serv. in Verg. III:2 p. 418. DEMISSUS NAUPLIUS ORTU: Ung(erus) in ep. de Varr. At. Friedl. 1861 p. 13. POST GENTIBUS ORTUS: Ries(ius) in rel. sat. Menipp. M.Ver.Varr. Lips. 1865 p. 261.sq. vs. 2: LAERNI: codd. Sm. 3: LAERNUM: codd. pro SED malit scribere Baehr. ET. Tamen recepit in textum SED. vs. 4: Lacunae sanavit Keil. quem secuti sunt Hag. et Baehr. Sed Ries. edidit FILIA AMYMONE Danai NEPTUNIA COMIUX . Sed Hermannus in libr. manuscr. certe legit SUPERBI . cf. ann. Fleckeis. 1866. p. 68.

...1). Iam Riesius in sat. Menipp. ed. p. 215 optimo fure miratus est , qui editores haec Varronis verba , quae extant in libr. de L.L. VII. 3 , ad sexaginta annos saturam referrent.

NUMERI qui adieci fragmentis cancellis inclusi editionis Aemillii Bechrens (Fr.P.L.) sunt.

Siehe ! nun folget du Nauplius , ein später Spross in einer langen Reihe von Nachfahren des Danaos. Ist er doch ein Spross des Clytius , dessvater wiederum Nauboles ist, des Lernus Sohn. Des Lernus Erzeuger aber ist Proetus , des Nauplius Sohn. Des Nauplius Mutter endlich ist Amymone , eine Tochter der Europa und des übermütigen Danaos.

Atacinus Latine transvertit hos Apollonii versus:
(libr. I: 133 seqq.) .

" Tú δέ οὐδὲ τείχος κίνη Δαναοῖς γενέθλιον
Ναυπλίον . οὐ γὰρ γῆν κλιτούσθιον Ναυπολίσαρον .
Ναυπλίος αὐτὸν λέγουσιν Λέανδρον γένεθλιον τούτον
Περιτού Ναυπλίακας . Ποσειδόνιον τούτον καὶ κατέχει
τούτον Αμυμόνην Δαναῖς τέλον εἰν γενεῖα ,
Ναυπλίων δὲ τοῦτο πάντας γκαίρετο ναυτιλίγειον . "

Atacinum Apollonii Rhodii versus imitatum libro in primo carminis sui enumerasse eos , qui , ut narrant veteres , expeditioni Iasonis , quam suscepit in Colchicum fines , interfuerunt , ex hoc fragmento videmus . 1) Quae scribendi ratio cum Iliadicis Homeri catalogo navium libri secundi optime confertur , ubi nominantur deinceps gentes , quae ad Troiam expugnandam in Asiam sunt prefectae . Hoc Atacini versus quadam linguae elegantia , quam , ut ex ceteris fragmentis aperte cognoscitur , in Apollonii poemate convertendo certe adhibuit , carere minime miramur , quenam poetay quod maiorum Nauplii seriem certam mutare vetus erat , suae linguae potestatem afferre in hoc loco transvertendo cogebatur , ne non minus ordinem perturbaret . Itaque exemplaria sui vestigia diligenter secutus est . Quibus rebus adiuvamus , ut lacunas , quae extant , huius fragmenti ita explamus , ut et verba et sensum apte restituamus . Ultimum fragmenti versus recte emendavit Keilius . Qui lacunas supplavit : " Fil[ia Amymone Europae] Danai[que superbi] . Cuidus versus finem certe legit Hermannus (cf. annal. Fleckeis. 1866. p. 68.) qui reliquias litterarum verbi " SUPERBI " in codice existare confirmavit . Quae edidit Ungerus (cf. ep. de Varrone Atacine Friedl. 1861) , refellimus ; ille enim , ut opinamur , codice plane negligente novum fere carmen finxit . Ad versus primum restituendum nos nunc vertamus . Keilius edidit haec : " Ecce venit Danai multis CELEBRATA PROPAGO " , quem secuti sunt : Hagenus et Baehrens , Ungerus scripsit : " DEMISSUS NAUPLIUS ORTU " et Riccius : " multis POST GENITIBUS ORTUS . Sed equidem credo nomen Nauplii postulari sensu atque exemplaria causa . An putas si poeta Nauplii nomen omisisset , futurum fuisse , ut qui viverent Atacini temporibus scirent , quem Argonautorum ducem Atacinus his versibus significaret . Praeterea omnes hi versus propter Nauplium solum sunt conditi . Maxime mirum fuisse , si nomen Atacinus neglexisset ; poetam enim postquam Nauplii Maioris , filii Amymones Danique , mentionem fecit , Nauplii Minoris quoque , Clytii filii , attulisse nomen , ne Nauplii inter se perturbarentur , mihi persuasum est . Huc accedit , quod Apollonii in versibus , quae convertit Atacinus , nomen Nauplii legitur . Sed etiam grammatico nomen possit . Propter enim vocem " ECCE " expectamus nomen " Nauplii " , praesertim cum haec particula anguste sit coniuncta cum verbo " VENIRE " , quod submittitur . Nam ... 1). Valerius autem Flaccus , qui Argonauticorum poema magnum condidit , illa consuetudine priorum neglecta horum nomina indice brevi enumeravit .

Romanos , cum haec verba inter se coniungerent , adhibentes nomen induxisse novam personam multis ex exemplis perspicitur. Videas Verg. eccl. III: 50 " vel qui VENIT ECCE PALAEMON " ; Calpurn. VI: 28 " ECCE VENIT MNASYLLOUS : erit , nisi forte recuses , arbiter " ; id. VI: 92 " et VENIT ECCE MICON " ; Ov. met. IX: 363 " ECCE VIR ANDRAEMON " . . . l).

Quibus argumentis adductus sum , ut Nauplii nomen addicrem. Scripsi igitur in extrema versus parte : " NAUPLI " , postquam mutavi " VENIT " IN " VENIS " . Neque enim raro a poetis oratio transmissa est ab oblique ad rectam , ut , quae narrantur , fiant ad legentis animum excitandum idonea. Quem acribendi merem ex Homeri usu non ignoramus. (cf. Hom. Od. XIV. 55 , " Τὸν δὲ τὸν Ναυπλίον οὐδεὶς μή
Εἴδεις κύρωτον " . et saepissime. cf. Ameis: " Anhang zur Odyssee " ad vs. XIV: 55.) . Versum igitur hoc modo edimus : " Ecce venis Danai multis post gentibus Nauplii " transferentes in sermonem Germanicam : " Siehe , nun kommst du nach der langen Reihe des Danaergeschlechts Nauplius. (i.e. Siehe ! nun folgst du Nauplius!) ein später Spross in einer langen Reihe vom Nachfahren des Danaos.) Secundus versus fragmenti finitur monosyllabis " EX SE " . Quod est archaici meris proprium . cf. Nerd. comment. ad Verg. VI: 428 , ubi multa afferuntur exempla monosyllaborum , quae inveniuntur versibus excentibus. Ut exemplum afferam , Lucretii admeteo locam libr. I: 729 , ubi extant haec: " IN SE " . Itaque non est , cur haec verba in editorum suspicionem veniant quasi essent corrupte tradita. Riesius enim voces " EX SE " cruce afficit. Sed quae narraverunt antiqui de Danai gentibus optime collegerunt Roscherus et Wasser in P.W. collect. ; de singulis nominibus ibid. Clytius edidit Atacinus pro Clytemee Apollonii . Nomen eius interpretatus est schol. Hom. Od. VIII: 124. " η εξών τοῦ οὐρανοῦ σκοτεινοῦ Κλυτοῦ οὐντι Κατὰ τὰ νύκτας " . (cf. Schwarz. " Die Danaiden sage " annal. philolog. nov. 1893 p. 95.). Fontem quamquam poeta diligenter exhausit , tamen quae ei videbantur mutavit. Initio enim fragmenti Apollonii verba in brevius contraxit , ultime autem in verso nomine Poseidonis praetermisso Danai nomen adiecit. At sensum verborum servavit.

2. (2).

Tiphyn at aurigam celeris fecere carinae.

Charis. IV. 4 (G.L. I: p. 272 K.) - AB ANIMALI AD ANIMALE SIGUT. item apd. Diomed. (G.L. I: p. 457 K.) et Donat. III: 6 (G.L. IV: p. 399) Pomp. similiter. (G.L. V: p. 305 K.) . Primus Atacine versus anonymum dedit Keilius.

Tiphys aber machten sie zum Lenker des schnellen Kieles.

...). cf. quod exposuit de huius particulae usu schol. Dam. II: 203. " cum ex improviso vult aliquid ostendere " ECCE " ponit.

Versus Atacini est, quoniam leguntur eadem fere verba
in Apollonii carmine. (I: 401).

"... ἐντὶ δὲ ἑρετὸν ἀνυγάντες
Τίχου εὐτείσης οἴγια νῆσος ἔεινται."

Particula "AT" quamquam non offertur a codicibus adhibenda est. Nam syllaba quae est anteposita correpta legitur. ...1). Voculam "AT" Romani usurpaverunt sapientissime, ut significarent orationem transire ad novum et continuari acque atque particulam "ET" Graeci. (cf. Rothsteinii adn. in Prop. vs. II: 29,7 in tom. I: p. 318 et quae allata sunt exempla in Theor. L.L. II: 1004,25 et Handii in Tarsall. I: p. 422/423). Neque mirandum est, quod particula est postposita; sciamus enim hanc verborum ordinem creberrime inveniri apud poetas, qui erant post Catullum, omissis Lucratis, Tibullo, Ovidio, qui talem scribendi licentiam poetica vitabant. ...2). Quin etiam Atacini proprium artis componendi illud fuisse videtur, quoniam quamquam servati sunt pauculi modo versus duo exempla reperiuntur, ubi "ET" particula alterum locum obtinet. (cf. fr. 12. vs. 1. et fr. 20. vs. 2.) ...3).

T i p h y s : gubernator erat navis Argus. (cf. Prob. comm. ad Verg. Buc. IV: 34 p. 9 K. ed. Hag. III: 2 p. 331. G.L. V: 305 K. Apollod. I: 9,16 § 8 ed. Heyn. I: p. 82. Pausan. IX: 32,4 Ov. met. amat. I: 6. Val. Flacc. I: 689, III: 37. Orph. Arg. 120.121.). Inne cum novam ratem frenare decuisse dicitur. (cf. Sen. Med. 3.) Ille subito mortuus est procul a patria manu tenens clavum. (cf. Sen. Med. 617. Val. Flacc. III: 258. Ap. Rhod. II: 850 et a.h.l. schol. Hyg. fab. 14. Claudian. de Getico: 5 et 11.).

...1). cf. Val. Flacc. V: 15 - Tiphyn agit violenta lues "Ov. met. VI: 652 - Tantaque nox animi est, Itym huc arcessite dixit." Stat. silv. I: 2,1/6 216. Man. V: 45. Val. Flacc. II: 379. Stat. Theb. V: 458.

...2). Voculam "AT" postposuerunt: Cat. 64,58 ; Verg. eccl. VII: 67. X: 31 ; Ge: III: 331. ; Aen. V: 264 ; XI: 753. Hor. sat. I: 2,47 ; I: 8,37. ; Prop. IV: 10,23. ; Manil. I: 282. ; Sen. Tread. 1085. ; Lucam. III: 535. ; Val. Flacc. I: 264. II: 437. IV: 85. V: 297. ; Sil. It. II: 437. Stat. Theb. V: 116. VIII: 363. XII: 677. Mart. X: 70,3. Avien. Arat. 866. cf. Handii Tarsall. I: p. 442/443.

...3). De hac particularum inversione admonevit nos Herdenius in edit. libr. VI. Vergili p. 393: "M. Haupt hat nachgewiesen (cf. op. I: 115 ff.), dass Inversionen von "ET" und "AT" vom den Neoterikern und zwar nach dem Verbild der hellenischen Dichter eingeführt worden ist. (Zwei weitere Beispiele aus hellenistischer Poesie für invertiertes "Ket." bei v. Wilamowitz Adomis 39 im Archiv für Papyrusforschung: I: 220,12. 1901.) Der Grund ist meist in metrischer Bequemlichkeit, häufig aber auch in dem Bestreben zu suchen, indifferente Worte von den markierten Satz- und Versatellen abzuwenden (siehe den Kommentar zu: 28 und 792 f.) Conferamus de hac re opuscula haec: Handii Tarsall. Leonia: sec. Gotting. 1895. 429,3. Senec. I: 90. Bentl. ad Hor. sat. II: 6,78. Orellii(hirschf.) ad Hor. carm. I: 37,8. Kissel. ibid. I: 12,21. Lachmanni et Heinz. ad Lucr. III: 531. Ehewaldi ad Ov. met. IX: 495. XV: 444. Leyhausen: "Helenae et Herus epistulae (Hal. 1893) 44. sqq. Forbigeri ad Verg. Buc. IV: 63.

carina : non de infima navis parte (Cf. Gloss. ed. Geetzii IV: 28,42. et Fest. p. 47 s.v. carinautes) sed potius de ipsa nave dicitur ut ab Ennio in annal. 573. ed. Vahl. Cat. 64,249. Verg. Ge. I: 303. Val. Flacc. I: 151 Sen. Med. 363. Sed praebet versus audacem metaphoram. Propter quam a grammaticis traditur. Atacinus enim dixit pro gubernatore , qui regit navem , aurigam , qui moderat equos. Iam antiqui haec annotaverunt. Sed saepissime res ad naves et ad currus pertinentes Romanii inter se confundere, solebant secuti Graecorum morem (cf. Poll. I: 98: " ΚΕΚΑΥΤΙ Δὲ ΟΩΝ ΤΟΙΟΥΤΩΝ ΚΑΙ ΗΥΓΡΟΧΟC ΤΥC ΒΓWC . ") quae optime illustrantur his : " FRENARE RATEM " (Sen. Med. 3.) " HABENAS IMMITTERE CLASSI " (VERG. Aen. VI: 1. cf. a.h.l. Nord. Verg. libr. VI: p. 111. Val. Flacc. I: 687. IV: 679.) " EQUO LIGNEO PER UNDAS VENI " (Plaut. Rud. 268. I: 5,10.) . cf. Baehr. ad Cat. c. 64 , 9/10 p. 363. Sed etiam veteres rectorem eorum nominabant interdum gubernatorem. (cf. G.L. I: 457 K. " quemadmodum in navi auriga dici potest , ita et in curru gubernator. "). cf. Vahl. ad Enn. fr. 486. p. 87. Restat denique , ut commemoremus Euripidem , qui dixit in Hippolyto va. 1224. pro currus moderatore : " VAUKIYEOC " .

3. (3).

Quos magno Anchiale partus adducta dolere
Et geminis cupiens tellurem oeaxida palmis
Scindere Dicta[eo uo - produxit in antro].

Serv. ad ecl. I: 65. (ed. Hag. III: 1. p. 14.) " Oaxen Philisthenes ait Apollinis et Anchialae filium : hunc Oaxes in Creta oppidum condidisse , quod suo nomine nominavit , ut Varre ait. Vib. Sequ. s.v. OAXES: (Geogr. Lat. min. p. 150,9 R.) " Oaxes Cretae , a quo et civitas Oaxis ; Varre hoc docet: " GEMINIS --- PALMIS. "

vs. 1 : MAGNOS: codd. TANTALE: PR TANTILE: PR TANTILENE: H TUTELAE: M. vs. 2 : CUPIENS: codd. et Vibii Vat. m. l. CAPIENS: omn. edtt. et Vib. Sequ. Sequor libri. DOLOREM: codd. TELLUREM: Vib. Sequ. et omn. edtt. OAXIDA: EPHE Vib Sequ. O//DA: H , quattuor fere litt. erasae teste Hag. desunt igitur litterae: E , A , X , I . OAXIA: Vibii Vat. OEAIXIDA: scripsi; Salmas. exercit. Plin. p. 692. vs. 3 : SCINDERE DICTA: codd. quos sequor. -+SCINDERE DICTA: Hag. (III: 1,15.) Suspicatus est ille exisse versum in: DICTAEO ΣΙΔΕ IN ANTHO. EDIDIT IN DICTA: Salm. 1.e. conl. Apoll. Rhod. Argon. I: 1129 sq quem secuti sunt omn. edtt. Primus dedit hunc versum Atacino Angelus Politianus. (cf. Misc. c. 37.).

... ... (Tities und Kyllenes) , die Anchiale unter grossem Schmerz (in der Diktäischen Grotte) gebar indem sie in heftiger Begier mit beiden Händen sich in die oaxische Erde einzuhüllen trachtete.

Apollonii versus , quos vertit Atacinus , leguntur in I: 1129/1131.

οὐc πότε ρύμφη
Αγγίαν Δικταιὸν ἀνὰ σπέος ἀμφοτέσης
δραξεμένη γαλῆc οἰξίδοc εβάστυcεν.

Huius fragmenti versus corrupte ad nos pervenerunt. Propter enim multa nomina rara et obscura , quae insunt in fragmento , librarii , ut erant plerumque indocti atque harum rerum imperiti , textus hanc perturbationem effecisse videntur. Viri autem docti , cum emendare et restituere versus conarentur , Apollonium Rhodium , quomodo ille composuerit eosdem versus , tantopere secuti sunt , ut quae Varrois sint neglegent. Ne Wussilnerus quidem quicquam certum attulit ad suam emendationem defendendam , cum diceret modo: " Salmasius autem (exercit. Plin. p. 692 n.G.) et Ruhnkenius (l.c.) eam , quam dedi , lectionem habent: quae per se quidem propter fratre eius verba maxime probabilis est. (p. 14). " Itaque editores , quamquam pro littera neque maiuscula neque minuscula " v " facile viciose scribitur " A " , tamen argumentis certis non allatis participium " CAPIENS " in " CAPIENS " mutaverunt, deinde voce " EDIDIT " inserta infinitivum " SCINDERE " e textu plane eiecerunt. Sed valde dubitamus , num quae illi coniecerunt vera sint omnia. Primum enim ne scio , cur negamus Varroem , cum haec componeret , discessisse ab Apollonii verbis , praesertim cum ex primo Ηλίας περὶ Αργοναυτῶν fragmento dilucide cognoscatur poetam non semper ad verbum imitatum esse exemplar suum. Deinde autem ea , quae praebent codices , optime intellegi posse credo. Quae verba hoc modo ordinamus : quos partus Anchiale magno dolore adducta et geminis palmis tellurem oceania scindere cupiens Dictaeo sub antro produxit. Homini igitur Anchiale duo participia subiciuntur , quorum altero indicatur Anchiale , cum pareret , vexatam esse permagno dolore , altero tantum esse dolorem , ut animi quedam affectu per se ipse motiones corporis efficarentur. Constat enim mulieres cupiditate quadam teneri in pariendo sectantes , ut , quaecumque comprehendere possunt , manibus complectantur , quasi urgenterunt apasae. (cf. schol. ad Ap. Rhod. h.i. " ἔσθι ταῦτα κούδας τὸν τακτημένων ἄμφικεντα καὶ ἡποκουψάν ταῦτα ἀγρυπόντας . " Οὐ καὶ Λητῷ ἔτεπε τὸν φούκον . . .) Atacinus , ut opinor , condidit hos versus non tam , ut Anchialam peperisse narraret , sed potius ad illustrandas dolores , quibusdam est capta , cum partus produceret. Secutus est poeta , cum haec componeret , scribendi artem , quae dici solet Germanica lingua : Naturalistische Be - trachtungswweise. Quid ad verborum compositionem attinet , videas , quomodo scripsit Horatius in c. I: 1,11. : " Gaudientem patries findere sarcule agres numquam demo - veas " . " Geminis palmis scindere tellurem " similiter adhibetur atque haec : " Crines manibus scindere ". cf. Stat. Theb. IX: 354. Sil. It. XVI: 436. Cic. Tusc. III: 28. Verg. Aen. XII: 870. Ov. met. XI: 683. X: 386. am. III: 6,71. similiter quoque dicitur: " terram aratro scindere " cf. Verg. Ge: I: 50. II: 399, et 237. III: 160. Lucr. V: 210. Ov. met. VII: 119. Sen. Phoen. 124. Troad. 1021. Claud. Stil. I: 134. Plaut. Trin. II: 523. Colum. III: 13,4

Sed quin ultimus fragmenti versus in voces " SUB AN - TRO " exierit , non dubito et propter Apollonii verba : " Δικτεοτεύκναντεον " , quae non erant praetermittenda sensus atque versus causa , et propter Romanorum concutudinem , qui haec verba saepius versibus exfemitibus adhucuerunt. (cf. Verg. Ge. IV: 152. " Dictaeo caeli regem pavere SUB ANTRO ". Sil. It. XVII: 21. " qui Dictaeo bacchantur in antro ".). Praeterea litteræ , quae sunt traditæ a codicibus , " dicta " nihil aliud suppleri posse nisi " Dictaeo " certum est. Denique , ut lacunam expleam , adieci " PRODUXIT ". Versus igitur in fine leguntur

haec: " PRODUXIT IN ANTRO ". (cf. Sil. It. I: 112. " partus Latiae producere matres ". Verg. Aen. qualia nunc hominum producit corpora tellus. "). Quae scimus de fabula Dactylorum Idaeorum , existant in collect. P.W. s.v. ANCHIALE. (tom. I: 2,2104.) et apd. Arat. in Phoen. 38 sqq. (schol. a.h.l.) . " ΚΕΑΚΙΔΑ " scripsi propter Ap. Rhod. , ubi inveniuntur : " Οἰλξίδος ". De nomine cf. Steph. Byz. p. 482. ed. Mein. et Eckhel. Doctr num. vet. II: p. 305.

Liber: II.

4. (4)

Probus ad Vergilii Georgica I: 14. ex Atacini Argonautarum libro secundo hausit haec : " Insula est Cea in Aegeo mari Ibi existimatur pestilentia fuisse pecorum et armentorum gravis propter interitum Actaeonis. Aristaeus monstrante Apolline patre prefectus est in insulam Ceam et ibi sacrificio facto aram Iovi Icmaco constituit , qui placatis flatibus et aestu , qui necabant pecora et armenta liberavit ea. Ipse autem post excessum vitae imperante oraculo Apollinis ab immorantibus in ea insula relatus in numerum decorum appellatus est Nomius et Aeguros , quod et agresti studio et cura pecorum armentorumque non mediocriter profuerat hominibus. Traditur haec historia de Aristaeo in corpore ARGONAUTARUM a Varrone Atacino. (cf. Apoll. Rhod. II: 500/527.) .

5. (5).

Te nunc Coryciae tendentem spicula nymphae
Hortantes " o Phoebe " et " ioio " conclamarunt.

Aud. gramm. G.L. VII: p. 332 K. " Varro vero in Argonautis (sic M. IN ARGONAUTIS: B Bachrens falso adnotavit : " IN ARGONAUTICIS "). Nymphas hexametrum fecisse sic scripsit ". Wuellnerus (p. 20) hos versus ad Argonautas rettulit. vs. 1. ORTIGIAE: B ELICONA ORTIGIE: M quae^ρ librarius quidam in codicis margine adnotasse videtur , unde invasit in textum . CORYCIAE: edtt. ORTYGIAE: Keil. TENENTEM SPECULA: B TERENTEM SPECULA: M TENENTEM SPICULA: optime corr. Wuelln. vs. 2. ORANTES: eodd. HORTANTES: Wuelln. LOLICON CLAMARUNT: B LOCOLICON ACLAMARUNT: M " ISIE " CONCLAMARUNT: Wuelln. et omn. edtt.

Comparatur fragmentum cum Apollonii Rhodii versibus: II:711:

" Τοτὶ δὲ Καρύκιαι Νύμφαι, Τθειστοῖο δύγαρεες,
Ναευβέεκοντεςσιν, Ιήτε κεκίγυσται."

Dich , den Bogenschützen , (der du die Pfeile in den Bogen spannet) haben mit inständigem Flehen die Corykischen Nymphen " o Phoebe " und " ioio " angerufen.

" TENDERE SPICULA " scripsit breviter poeta pro " TEN-
DERE SPICULA ARCU " , ut ait accuratus Vergilius in
Aen. IX: 606. " spicula tendere cernu " , quae compa-
rantur cum illis : " intendere sagittam (IX: 590) et
" contendere tela " (V: 513.). Sed etiam conferas ,
quae explicaverunt de hac eloctione Forbiger et Wagner
ad Verg. Aen. IX: 606. Pro Graecorum more , qui Apollini
nam implorabant clamantes " IEIE " , Latinum " IOIO "
intertexui. (cf. Plin. ep. III: 9. : " IO 7, IO Liber
ad te venio. "). Si quis , quae dixit Atacinus de Apol-
line Sagittarie , attente iegerit , versuum Homeri cla-
rissimorum recordabitur , (Il. A. 45 sqq.) quibus Apol-
lio , cum sagittas in exercitum mitteret , celebratur.
Dei statum uterque poeta in versibus comprehendis an-
te oculis habuisse videtur.

6. (6) .

- UU - UU - UU - decussit honorem.

Serv. ad Ge. II: 404. " Varrenis hic versus est. "

Editores usque adhuc totum Vergilii versum , de
quo loquitur Servius , inter Varrenis fragmenta rece-
perunt. Sed iam Regelius in dissertatione sua (p. 82/83)
postquam , quemodo Servius Vergilii locos , quibus est
ille Ennius imitatus , adducere solet , magna cum sa-
gacitate observavit , dubium esse dixit , an Vergilius
transstulerit totum Varrenis versum ad suum carmen.
(cf. e.c. p. 59.) ...1). Vergilium enim omnino num-
quam fere exemplaria ad verbum imitatum esse inter em-
nes constat. ...2). Vergilium quoque , cum haec scri-
beret , partem modo verberum Atacini diligenter securum

...1). A Regelio conferuntur: SERV. ad Verg. Aen.
II: 274. cum Enn. fr. Ann. 7. (Vahl.) et Serv. ad Verg.
Aen. XI: 27. cum Enn. fr. Ann. 599.

...2). Videas Verg. Aen. IV: 522 et Atac. fr. VII^{1/2}.
Verg. Ge. I: 375. et fr. Atac. XXII. (a.h. cf. Lee in
Hermes vol. XXXVII: p. 52.). Serv. ad Aen. X: 396.
et Atac. fr. X. Eduardus Norden de hac re in comment.
ad Verg. Aen. VI. p. 360. adnot. 1. optime explicuit.
" Wie die Bemerkung des Serv. zu Buc. 10,46 : hi autem
omnes versus Galli sunt , de ipsis translati carmini-
bus zu beurteilen ist , zeigt die Analogie des schol.
Beyn. zu Ge. II: 93 ff. (et passe psithia utilier te-
nnisque laqueos Temptatura pedes olim vineturaque lin-
guam): hos versus a Calvo poeta transstulit , ait enim
ille " lingua vine temptatur et pedes " d,h, es handelt
steh bei allgemeinen Angaben solcher Art um den Gedanken
nicht um den Vers selbst. " Lee in Herm. XXXVII: p. 53
ann. 1902: " Die Ausnutzung der römischen Dichter hat
ihre Grenzen. Vergil hat sehr viele fremde Halbverse
übernommen , einige paene solidus (Maer. I: 7) wenige
ganze und nie mehr als einen auf einmal. "

esse verisimile est. Itaque inter Atacini fragmenta recipere audeo modo haec: -U-U-U- decussit honorem. Quae verba, postquam a Varro primo e Graeco in lingua Latinam translata sunt, in usum poeterum communem pervenerunt. Inveni eandem verborum compositionem apd. Verg. in Georg. II: 404, Horat. in epod. XI: 6, in carm. epig. 577,4. S. Quam ob rem hanc elocutionem: decussit honorem et Atacini et Vergilli certe fuisse optime iure concluditur.

7. (7).

Desierant latrare canes urbesque silebant:
Omnia noctis erant placida composita quiete.

Sen. Rhet. p. 313. K. (VII: 16,27 p. 288. H.) " ... at Vergilio imitationem bene cessisse, qui illos optimos versus Varronis expressisset in melius (Montanus Iulius siebat) ". cf. Sen. Min. Philos. in ep. mor. VI: 4 (56) § 6 p. 172. H. vs. 2. TACITA: plV Sen. Min.

Der Hunde Belli war verstummt und tiefe Schatten des Schweigens lagerten über der Städte Grund; ringsum ein Meer von Nacht in unendlich friedvoller Ruhe.

Apollenii versus, quae imitatus est Atacinus, exstant in III: 749/750:

Oὐδὲ κυνῶν ὑπάκυστος ἀντί πτολινὸν οὐ δέος γένεται· τοιόντες δὲ μετανομένην γένεται φύγειν.

Primus hunc Apollenii locum comparavit cum Atacino Ruhnenius. (p. 218). Neque dubium est, quin Romanorum poeta Graeci versus et sentiendi vi et dicendi arte superaverit. Quin etiam antiqui Varronis hos versus laudaverunt. Ipse enim Seneca pater comparatione inita inter versus Ovidii (met. I: 292) Vergili (Aen. VIII: 26) Atacini (fr. VII.), quae docuit Ovidius totam Atacini sententiam petuisse longe meliorem, si secundi versus extrema pars abscederet et sic desineret: " Omnia noctis erant ", magna cum vi reiecit. Ovidium in Varronis verso suum sensum invenisse, sed Varromem, quem vellet sensum, optime explicuisse. Quo antiquitatis arbitrio dilucide demonstratur inter Varronis versus fuisse, qui apud veteres auctoritate magna usi sunt. Itaque quae verba condidit Atacinus de silentio noctis, imitati sunt poetas Romanorum saepissime si non in verbum at tamen ita ut sensum verborum servarent. (cf. Verg. Aen. VIII: 26/27. III: 147. IV: 522. II: 250. Ov. met. I: 292. VII: 148 seqq. Stat. Theb. III: 415. X: 446. Sen. Troad. 439.). Inter quae imitatores reperimur Vergilius et Ovidius.

Silebant urbes: est elecutione non inusitata.
cf. Verg. Aen. IX: 190; Ge. I: 247.

Omnia noctis erant : Brevissima ratiō dīcendi , ut silentium permagnū illustretur. Aequo scripsit Ovidius in met. I: 292. " Omnia pentus erant " , ut demonstraret ingentem ambitum maris , quod oculis terminari nequit. cf. Sen. Philos. in nat. quaest. III: 27. ubi ait: " Ut ait ille poetarum ingeniosissimus egregie , sicut pro magnitudine rei dixit : " omnia pentus erant " dearent queque litora/ peno . "

Composita : ponitur saepius ab antiquis pro " comp̄sita " rei metricas cause et propter colorem archaicum. cf. Sommer in : " Lat. Laut - und Formmenlehre " p. 134/135 ann. 1904 ed. alt. Multa extant exempla apud Lucretium. Verg. Aen. I: 249. " nunc placida compostus pace quiescit ". Luc. 84. (p. 8 M.) carm. epigr. 373,3. Quae dicenda sunt de hac scribendi consuetudine veterum , Nordenius in comm. ad Verg. VI. vs. 24. copiose colligit. (p. 126/127.).

Placidus : est epitheton poeticum et solenne pacis et silentii. cf. Ov. met. IX: 468. fast. I: 205. VI: 331.

Denique restat , ut nonnulla dicam , quemodo primi versus verba ordinata sint. Proprium enim poetae fuisse videtur , quia verum inclusit notionibus verbalibus. Incipit versum scribens : " desierant " , finit verbo " silebant " positio . Similiter versum primum et tertium fragmenti XX. Atacinus ex euntem fecit in nomina substantiva , quibuscum copulantur nomina adiectiva , quae existant versum initio. (Indica arundo. Dulcia mella) quibus allatis Varronem magna cum arte suos versus interdum composuisse apertum est. Vergiliū eandem scribendi rationem secutum esse Nordenius in o.c. p. 382/383 optime ostendit.

Liber: III.

8. (8).

Cuius ut aspexit torta caput angue revinctum....

Charis. I: p. 90 K. " Anguis cum sit masculini generis , dixerunt tamen et feminini ut et Varro Atacinus ... ". DEVINCTUM: codd.

Ruhnkenius (o.c. III: p. 220) hoc Atacini fragmentum cum Apollonio comparavit (III: 1214.).

Tέοις δὲ ΜΙΥ ἐκτεράγωνο
μηδαλέον δεύτεροι μετὰ πτόεισι δεκάντες.

Wie er ihr mit gewundenem Schlangenleib umflochtenes Haupt erblickte ,

Iam Atacinum lequi de Hecate apparente Wernsdorfius recte iudicavit. (p. 1414 P.L.M. ad fr. 14.) Sed optime interpretatus est hunc verum Whellnerus (p. 17. sq.) , quem sequimur. Ille dixit: " Loquitur enim Apollonius eo loco de Jason , qui Hecata evocat. Quae ubi ex faucibus regni sui serpentibus cincta et canibus infernis aliquaque monstris circumdata apparuit ; Jasonem timor quidem occupat , sed nequam tamen fugit. Ergo sensus illius versus ita fere supplendus est: " Cuius (Hecatae) ut adpexit (Jason) torta caput angue revinctum eq. tum eum timer occupat. "

Revinctum : quam vocem Vergilius eodem sensu usus adhibuit in Aen. XII: 847.

" Dicuntur geminae pestes cognomine Dirae
Quas et Tarteram Nox intempesta Megearam
... paribusque REVINXIT
Serpentum spiris

Liber: IV.

9. (9).

Cum te flagranti deiectum fulmine , Phaeton.....

Quint. inst. orat. I: 15,17. " Et quod cuvaiēcū / et cuvaiōiq̄v Graeci vocant , nos complexionem dicimus: qualis est apud P. Varronem: " Cum ---- Phaeton " . Nam si esset prosa oratio , easdem litteras (Phaeton) enunciare veris syllabis licebat. " Mar. Vict. in G.L. VI: p. 66 et 146. " cυjekōwvycic vero , cum duas vocales in unam syllabam coguntur , quee possunt duarum syllabarum locum divisas compleere , nulla dumtaxat interposita consonante , ut cum Phaeton in metro sic enuntiatur , ut γυμ ex trissyllabo nomine dyssyllabarum faciat ita: " cum --- Phaeton " et illud Maronis : " Villis onerosum atque unguibus aureis . " fulmine et flumine a codicibus confunduntur.

Da dich , als du herabgeschleudert wardst mit dem
flammenden Blitz , Phaeton

Versum hausit Atacinus ex Apollen. Rhod. Arg. IV: 597.

Ἐντα τοτὲ οἰταρόεντι τυπεῖς πέρις στέγου κεκλύψω
Χνιδαῖς διαέτων τέσευκεντρος Ἡλίοιο.
Λίμνης δὲ περιχώρας πολυβρύσεος.

Textum restituerunt editores recte verbis Apollonii diligenter comparatis. Scripserunt " deiectum " (deiecit AB ed. pr. Ioachimi Camerarii Tubing. 1537.) et " flagranti fulmine " . " DEIECIT " , quod offerunt libri , false traditur , quoniam propter coniunctionem " CUM " postulatur coniunctivus. Verba " FULMEN " et " FLUMEN " crebro a librariis inter se confusa sunt. cf. Lucre. I: 489. ubi codices praebent : " FULMEN " O corr. Q corr. " FLUMEN " OQ et San. nat. quaest. III: 20,10 ubi regte textui insertur " FLUMEN " ; sed libri habent: " FULMEN " Z 7 . Phaetonis nomen dissyllabore more enuntiatur apd. Manil. I: 736. (ed. Breit.) cf. L. Muelleri libr. de re metrica p. 312. et Sommeri o.c. p. 116/118. (1914) . De Phaentonis fabula vid. Lucre. V: 400 sqq. (At pater omnipotens ira tum percitus scri magnanimum Phaonta repenti fulminis iectu deturbavit equis in terram sqq.) Cv. met. II: 340 148 sq. Stat. Theb. XII: 415. Claud. XXVIII: 188. cf. Khakii quaest. Phaet. et Wilamowitzii in quaest. philolog. VIII. et in " Philol. Wochenschr. " III: 859. Dielsii Doxogr. p. 365.

10. (10).

Semianimesque micant oculi lucemque requirunt.

Serv. ad Verg. Aen. X: 396. " Semianimesque micant digiti ferrumque retractant ", Enni est, ut " oscitat in campis caput a cervice revulsum " " Semianimesque requirunt ", quem verum ita ut fuit , transtulit ad suum carmen Varro Atacinus. " cf. Enni annal. fr. ed. Vahl. p. 86. fr. 472. (1903) .

Wahnkenius (p. 226) hunc versum , quem rettulit ad Mopsi interitum , cum Apollonio optime comparavit IV: 1525.

Τολμή δὲ καὶ ὁράσμων χεῖται φύγει.

Und schon halbentseelt Flammen die Augen im alten Glanz noch einmal auf und suchen das Licht.

Vox " semianimesque " , quasquam est composita et scripta syllabis sex , tamen enuntiatur quinque syllabis ; Nam litterae " IA " versus causa in unum coguntur , quoniam littera " I " densata pro " ia " leguntur " ja ". cf. Kushneri Gr. Lat. I: p. 148 ed. 2. , Luc. Muell. in libr. , qui est de re metrica , p. 290 et 304 , Norden. in comment. ad Verg. Aen. VI. p. 310 , Wagner. in ed. Verg. Aen. ad X: 179. Inter poetas Lucretius litterapis " iu " contraxit in " ju " (cf. III: 991. orjundi ; III: 776. conubja). Eadem linguae licentia usus est Vergilius in Aen. VI: 33. (omnia) et VII: 237. (precantja). Sed etiam Ennium et Lueilium hanc scribendi rationem adhibuisse Iachmannus in comment. ad Lucr. carm. I: 1106 ostendit. Quin etiam Vergilius , ut syllabae minuantur , vocalem " I " plane eiscit. Legimus enim in Aen. III: 578 et XI: 200 " SEMUSTUS ". Recte igitur , ut opinor , conservarunt codices O et Q Lucretii l. V: 396. Oblatum enim est illud rarissimum , de cuius fide omnes editores valde dubitaverunt , " AMBENS " , quod legitur pro forma " AMBIENS " vulgariter atque usitato. Sed " AMBENS " i.e. " AMBIENS " derivatur ab infinitivo verbi " AMBIRE " , quam notionem vertimus Germanice : " um sich greifen ". (cf. Lucr. V: 962. " Et Venus in silvis iungebat corpora amantum ") . Mutandum esse " AMBENS " in " ARDENS " , quae proposuerunt editores in hoc Lucretii loco emendando , negamus. " Semianimesque " correptum legitur apd. Iuv. IV: 37. Sen. Oed. in fine. Stat. Theb. II: 83. Lucan. III: 747 et IV: 339. Val. Flacc. V: 135. Sil. It. IX: 123.

Incertae sedis.

11. (11).

Prob. ad Verg. Ge. II: 126. dixit: " Pars Parthorum Media est appellata a Medo , filio Medae et Aegei , ut existimat Varro , qui quattuor libros de Argonautis edidit. " Narraverunt eandem fabulam , quae est de terra Media : Hyg. in fab. 27. " ... ex suo nomine (sc. Medi) terram Medium cognominavit. " Isid. IX: 2,46. Prisc. Perieg. 943. Avien. descr. orb. 1217/1229. Iustin. 42,3.

Priusquam chorographiae fragmenta quae supersunt singulatim atque diligenter perscrutemur , mihi licet dicere , quomodo sint ordinanda. Editores enim usque adhuc fragmenta ita disposuerunt , ut , quae dixit poeta de orbis terrarum finibus (fr. XIII.) , anteposuerunt illis versibus , qui de zonis doctrina continentur. (fr. XIV.). Sed longe aliter iudico de hac re. Atacinum enim , postquam de zonarum numero et qualitate i.e. de universi orbis systemate ac divisione quae censeret explicavit , de una tractasse ex totius mundi partibus i.e. de orbe terrarum tripartito , quem vocant Graeci " ΟΙΚΟΥΛΓΝΥ " , manifestum est. Quocirca versus fragmenti XIII. post XIV. collocandas esse non iniuria constitui.

II.

CHOROGRAPHIA.

Prooemium.

12. (14).

At quinque aetheriis zonis accingitur orbis
Ac vastant imas hiemes mediamque calores :
Sic terrae extremes inter mediamque coluntur,
Quas solis valido nunquam vis auferat igne ...

Isid. de nat. rer. 10. " Herum (sc. circulorum) primus septentrionalis est , secundus solstitialis , tertius aequinoctialis , quartus hiamalis , quintus australis. De quibus Varro ita dicit: vs. 1. AD: A m.l. A: BA m.2. ET: Wuehn. Mey(erus). AETHEREUS: A. AETHENIS: BA m.2. AETHERIUS: Paris. AETHERIIS: Scalig. vs. 2. HIEMES om. B. vs. 4. QUĀ: ABD. QUAM: EParis. QUAS: Orial(ius) , Wuehn. Ries. Baehr. VALIDO: codd. CALIDO: Scalig. RABIDO: Baehr. NUMQUĀ: UT AUFERAT: A m.l.BE. sed superscript. VIS. om. A m.2.D. NUNQUAH UT: Paris. AUFERAT: A m.l.BED. AFFERAT: A m.2. ADFERAT: Paris. ATTERAT: Baehr. IGNE: A m.l.DE. IGNE: RA m.2. IGNES: Paris.

Von fünf ätherischen Zonen wird der Erdball umgirtet ; eisige , ewige Winter wandeln die um die Pole in starre Oede , sengende Glüten wandeln die in der Mitte zur toten Wüste ; so liegen bewohnte Gebiete nur zwischen ihr und den äussersten Zonen , da nimmer der Sonne sengende Kraft mit ihrer gewaltigen Feueregglut diese vernichten kann. ...

Isidori verba , quae praebent hoc Atacini fragmentum , quācum ex Suetonii pratic ea non fluxisse certum est , (cf. Schenkii diss. de Isid. Hisp. de nat. rer. fontibus p. 64.) tamen propter argumenta , quae insunt , ad fontem optimum atque maxima fide dignum haud dubie attingunt. Sed per tempora librarios , qui tradidérunt Isidori libros , Atacini verba , quoniam sunt difficilia intellectu , depravasse minime miramur. Ut quae tradita sunt restituantur ,

codicis Parisini lectiones adieci, quas accepi a Goetzio ille Ienensi philologo doctissimo, qui in hac dissertatione facienda omni modo me adiuvit. Primum igitur scripsi "AETHERIIS ZONIS". Agitur enim de orbe terrae non caeli. Itaque copulari nequit vox "AETHERIUS" cum nomine "ORBIS", ut nonnulli voluerunt. Optime iure Atacinus, quae zonas orbem terrae accingunt, nominavit "AETHERIAS", quoniam veteres docuerunt circulos terrestres nomen et originem accepisse ex analogia caelestium.

(cf. Plut. placit. philosoph. III: 14,1 in Bielsii Dexo-graphis p. 378.). Si posui extrema in parte vocis "AETHERIIS" litteras ---iis non ---eis, et usum poetarum, qui tum erant, et codices fragmenti XII. Baehr. secutus sum, qui offerunt recte "AETHERIO" orthographiam. (XII,1 (cf. Nord. Verg. comment. VI. libr. ad vs. 281 et 593.) Sed optime expressit poeta, quanta et quam assidua vi aut frigoris aut caloris tenebantur extremae zones, cum ute-retur plurali numero verborum: "HIEMES" et "CALORES". Quae scribendi ratio saepius est adhibita a scriptoribus..1)

Sed prinsquam nos ad versum quartum emendandum vertamus, quae insunt in fragmento argumenta exploremus. Atacinus enim, postquam totum orbem quinque zonis accingi docuit, illas duas imas, quia premerentur hibernibus, et unam medium, quia oppimeretur caloribus, plane esse vastatas explicavit. (cf. Tibulli in carm. libr. IV: 154 sq. "Atque duae gelido vastantur frigere semper." Mart. Cap. VI: 602. Plin. II: 68.). Quae plaga esse inhabitabiles per se ipse clarum est. Deinde loquitur poeta de ceterorum circulorum natura. Terras, ait, quae essent inter extremas plagas et zonam medium, coli ab hominibus. Facile est intellectu peccata, postquam, cur essent inhabitabiles extremae zones, antea indicavit, exposuisse in iis, quae sequuntur, cur terras colerentur. Quibus argumentis versus fragmenti quartum contineri puto. (de zona, quae colitur ab hominibus dixit Ennius in fr. 151. Cic. Tusc. disp. I: 28,69.). Itaque contra codicum auctoritatem, quorum alteri offerunt "qua" (ABD), alteri "quam" (EPari)., cum Wueillnero conieci "quas". Qua ratione hoc librariorum vitium inter textum se insinuaverit, facile cognoscitur. Librarius enim ab ultima littera "s" vocalae "quas", cum negligenter legeret, ad primam litteram "s" vocis "solis", quae submittitur, aber-rasse videtur. Sed posteriorum temporum librarius, qui scripsit diligentius neque erat imperitus linguae Latinæ, unam litteram praetermissam esse animadvertisit. Ille autem cum quem vellet sensum versui attribueret et referendam esse vocem "qua" ad medium zonam solam conceperet, supra vocalem "a" adiecit lineam transversam, quam nunc legimus in libris ABD, que signo ii, qui eius vestigia se-quebantur, commoti sunt, ut accusativum numeri singularis "quam" ederent. Sed porro! propter genetivum "solis"

...1). Pluralem ediderunt Romanorum scriptores saepius pro singulari ut "IMBRES". cf. Plin. nat. hist. V: 9,51/52. De plagiis vastatis dixerunt Mart. Cap. VI: 602. Plin. II: 68. Luc. Pharsal. IV: 105. Cic. Tusc. disp. I: 28,68/69. de nat. rer. I: 10,24. "... atqui terrae maximas regiones inhabitabiles atque incultas videntur, quod pars earum ad pulsu solis exarserit, pars obriguerit nive pruinaque longinquo solis abscessu."

postulatur nomen, cui ille genetivus subiciatur. Iamdudum cōdices B.A. m.l.B quae scribenda sunt obtulerunt; super-scripsérunt enim supra "UT" vocem "VIS". Nam partiu-lam "UT" sensu plane carere nemo negabit. Sed librarius quidam nesciens, quemadmodum expediendus sit ille coniunc-tivus "AUFERAT", vocalem "UT" adscriptissē aut supra-scriptissē aut in margine adnotasse videtur, unde postea textum invasit. Restat modo, ut eruamus, cur secuti codi-ces ediderimus "AUFERRE", quamquam omnes ceteri edito-res hanc notionem mutandam esse putaverunt. Sed antea vidi-mus attulisse Atacinum, cum fragmenti versum quartum con-deret, cur terrae colerentur. Quas temperatas neque exar-eit vis solis neque obrigerunt hiemes nec nives aeternae. Nunquam igitur illae regiones, quae habitantur, solis ad-pulso aut gelu immense vastantur. "AUFERRE" autem scrip-sit poeta pro oratione pressica, quae præbet: "DELERE", "VASTARE" "PERDERE". (cf. Ov. met. IX: 263. XIV: 575. XI: 210. ep. XV: 203. Calpurn. ecl. V: 48.). Cur muta-verint nonnulli adiectivum "VALIDO" in "CALIDO" aut "RABIDO", nescio. Nam inveniuntur saepius præcipue apud Ovidium similia exempla. (Ov. in nuc. eleg. 162. met. VII: 9. an. III: 13,41. arc amat. III: 543. met. XIV: 352.).

Temporibus iam antiquissimis veteres condiderunt de quinque circulis doctrinas, de caelestibus (cf. Diog. Laert. VII: 185. i.e. in Stoic. frgt. II: p. 196,18. ed. Arnim.) et de terrestribus (cf. Isid. de nat. rer. 10.). Qui nominantur: septentrionalis ($\alpha\kappa\tau\kappa\tau\kappa\omega\zeta$), solstitialis ($\delta\epsilon\epsilon\omega\zeta$), sequinoctialis ($\gamma\chi\mu\epsilon\omega\zeta$), hiemalnis ($\chi\epsilon\mu\omega\zeta$), australis ($\alpha\upsilon\tau\alpha\kappa\kappa\tau\kappa\omega\zeta$). Thales et Pythagoras principes totum mundum in quinque orbēs, quos appellaverunt zonas, divisissē dicuntur. (cf. plac. philes. Aet. II: 12. i.e. in Doxogr. Dielsii p. 340 et in philes. ante Soer. vivent. A: 1.13,o. tom. I: p. 10.). Sed etiam Pythagoram primum transtulisse plagas caelestes ad orbem terras ab antiquis numiatur. (cf. plac. philes. Aet. III: 14,1. i.e. in Doxogr. Dielsii p. 378.). Tamen inveniuntur, qui tradant Parmenidem principem movisse terrae stratum circulerum scientiam. (cf. Achill. Tat. 157.C. 67,27 ed. M. philes. ante Soer. vivent. ed. Diels. A: 18.44,a. tom. I: p. 145,29.). At vero, sic com-paraverim, quae attulit Dielsius de Aetii rīde in proleg. Doxogr. p. 181. dicens: "Aetii autem vestigia etiam in Pythagorae doctrina I: 3,8 pellucent, quae non solum ex iutulentis fontibus hausta sed etiam scholasticis nugis de-flixa videtur. omnino præterea quae ex Aristotele petite sunt, Pythagoraeorum placita ex pseudepi-graphis illis libris hausta videntur, qui Alexandrinorum aetate et paulo postea confecti sunt. Velut Thalesti et Pythagorae II: 12,1 vulgaris de quinque sonis doctrina tribuitur eiusdemque generis sunt haec sed talia etiam ante Actium scriptores decipere solebant, ut nisi illa I: 3,8 commenta nihil a placitorum more abhorrere certo pos-sim affirmare..." atque si adieceris Strabonis verba, II: 94 "φυτὶ δημοσὶ τῷ εἰς τεύχει τῷ ναῷ δικρέεσσιν ἀγελάτῳ γένεσιν ταῖς μεταρρυθμίαις", hanc de zonis doc-trinam non Pythagorae sed potius Parmenidi deberi cognoscas. Sed veterum multi scriptores nescientes, quis esset auctor huius scientiae, Pythagoram et Thalestem esse in-ventorem zonarum tradiderunt, quoniam illi omnium rerum philosophicarum atque physicarum patres et conditores cre-diti sunt. (cf. Bergeri op. "Erdkunde der Griechen" p. 26 et 34 seqq. (II: ann. 1898.). Parmenides quoque

primus inquisivisse dicitur , utrum colerentur zonae necne et quae colerentur et quot qualesque essent. (cf. plac. philos. Act. III: 11. Euseb. pr. ev. XV: 57,4. Galeni hist. philos. XIX: 296. i.e. in Doxogr. Dielsii p. 62. 377. 633. Strab. II: 94.). Inter ceteros philosophos , qui de quinque circulis maxime egregia ediderunt , eminet ille omnium philosophorum veterum clarissimus doctissimusque Aristoteles. Quae ille dixit optime explicuit Bergerus in o.c. II: p. 125 sqq. Denum Alexandrini , qui denuo huic quoque materiei studuerunt diligentius , dubitare coep- runt , num vera essent omnia , quae philosophi docuissent. Alteri enim quinque zonas esse non negabant , alteri autem extare sex obtinsbant. (Achill. Tat. p. 153.C. et 157.C. et vid. de Polybio quae dixit Bergerus in o.c. p. 505.). Sed etiam utrum esset habitabilis circulus medius necne , certaverunt. Nam quod homines illorum temporum paulatim invadentes in novas australes regiones maxime Africas ne has quidem terras inhabitari animadverterunt , optimo iure dubitaverunt , an zona media inhabitabilis esset tota. Itaque illi , postquam , quod ausi non sunt statim auferre priorum doctrinas , mediae plages spatium , quod celi dic- tum est , quam maxime imminuerunt , denique totum circu- lum medium esse habitabilem docuerunt. Inter quae fuerunt: Eudorus Peripateticus (schol. Arat. Uranc. p. 169.), Posidonius Stoicus (Strab. II: 95/98. Cleomed. I: 6,31. Berger. o.c. p. 553/556.), Polybius Historicus (Gem. Isag. 13.), Erathostenes Geographicus (Berger. " Die Fragmente des Erathostenes " p. 85 sq.) excepto carmine , quod est inscriptum " Mercurius ". (cf. Achill. Tat. Isag. ad Arat. 29. Schubachii " Geschichte der griech. Astrono- mie " p. 281. Vossii ad Verg. Ge. III: 119/120.). Aratum huius doctrinae ne in phaenomenis quidem mentionem fecisse Achilles Tatius in p. 153.A. nuntiavit. Sed nunc redeamus ad Atacinum. Qui secutus est eos , qui Parmenidem imitati zonam medium , quoniam esset perambusta ignibus rabidissi- mis solis , inhabitabilem esse crediderunt. (cf. Cic. rep. VI: 20. et a.h.l. Macrob. interpretat. somn. Scip. II: 5/7. Mart. Cap. VI: 602.). Romanorum scriptores saepissime de zonis doctrinas commemoraverunt. (ov. met. I: 48/51. Tib. IV: 1,151/176. Luc. IV: 106. Verg. Ge. I: 232/239. et a.h.l. comment. Probi. Macrob. I: 15. Claud. de R.P.I:257. Hyg. P.A. I: 6. Plin. nat. hist. II: 172(68). Sen. nat. quæst. V: 17,2. Isid. de orig. III: 44. XIII: 6. de nat. rer. 10. Mart. Cap. VIII: 918 sq.). Sed mirum est Roma- nos plane negliguisse , quae explicaverunt Alexandrini de circulis ; nam secuti sunt omnes vestigia philosophorum veterum Graecorum , sive quod , ut opinor , Alexandrinorum eruditiores doctissimas , quoniam erant difficiles intellegebant , nesciebant neque scientes intellegebant , sive quod vulgares opiniones , quae de hac re inter homines erant pervulgatae , perturbari noluerunt.

15. (13).

Ergo inter solis stationem et sidera septem
Exorrecta iacet tellus ; huic extima fluctu
Oceani , interior Neptuno cingitur ora.

Prisc. III: 24. G.L. II: p. 100 K. " Varro in chorogra-
phia: "

Also zwischen dem Kreis der Sonnenwende und dem , der durch das Siebengestirn bestimmt ist , liegt in weiter Ausdehnung die bewohnte Erde ; ihre äussere Küstenlinie wird besühlt von des Oceans' Flut , ihre innere vom Neptunus.

Quamquam quae narrantur in his versibus difficilia sunt intellectu propter argumenta obscura atque gravis neque inter Romanos inveniuntur , qui seque cinxerint terras regiones , tamen quam habuit opinionem Atacinus de situ ac finibus terrarum clare perapicitur. Terram iacere exorrectam inter solis stationem et septem sidera poeta docuit. Primum igitur terra finitur regionibus caeli. Septem enim sidera leguntur pro septem stellis ursae vel in vulgus pro septem trionibus ...1). , quae , quod inter omnes luces verticis caeli clarissima lampade iustrabant , nautis in navigando ex antiquissima iam aetate duces et rectores erant (cf. Arat. Phaenomena 37 sqq. et ad h.l. schol. adnot. addas quoque Schaubachii p. 153. sq.). Quin etiam veteres totum circulum arcticum nomine septentrionalem inter omnes constat. (cf. Plin. nat. hist. II: 68. " Nunc sc. arcticum circulum - qui trionum septem vocatur"). Quocirca Atacinum , cum scriberet " sidera septem " , orbem septentrionalem indicasse apertum est. Sed nunc ad electionem obscuram " inter solis stationem " interpretandum transeamus. Solstitium antiqui eam caeli partem vocabant , ubi sol , si suum cursum reflectit , in se vertendo momentum temporis constare videtur. (cf. Hezychii op. 477. " De ea solia conversione qua vel a meridie in septentrionem reflectit cursum suum , vel a septentrione in meridiem , quod Latini solstitium vocant , quoniam subsistit , nec progreditur ulterius sed retro convertit iter. ") ; unde dicunt Graeci : " ΤΟΤΥ ΗΓΙΟΥ ". (cf. Plat. legg. XII. p. 945.D. Thucydid. VII: 16. Gloss. corp. III: 294,47.) Quam regionem solstitialem exhibuisse Atacinum , ut australis terrae fines indicaret , manifestum est.

" Quae ad versus expediendos attulimus , optime congruent cum Hygini doctrina , quam edidit in Astr. I: 8. " Nam quaecumque regio , quae inter arcticum et aestivalum finem collocata est , ea dividitur trifarie ; e quibus una pars Europa , altera Asia , tertia Africa vocatur. " Quam divisionem

...1). cf. Cic. de nat. deer. II: 41,105: " cuius (sc. Heleicas) quidem clarissimas stellas totis noctibus cernimus , quas nostri septem soliti vocitare Triones. Septem sidera saepius sunt posita pro septem stellis , quamquam in vulgus sidera indicant planetas. Sed etiam quinque stellae pro planetis leguntur in Cic. Tusc. disp. I: 28,68. Sidera pro stellis existant in Cic. Arat. fr. 5. Sen. Tread. 439. Herc. Fur. 130. Serv. ad Verg. Aen. VIII: 681. Ge. I: 137. Gloss. corp. V: 332,57. sidus i.e. stella.

terrae tripartitam etiam Varronem secutum esse iam antea vidimus. Neque aliter iudicavit de hac re J.H.Vossius in comment. ad Verg. Ge. III: p. 121., cum diceret: " Durch die nördliche gemässigte Zone , zwischen dem Wendekreis des Krebses und dem arktischen Polarkreis , oder zwischen dem 24. und 25. Grade und etwas darüber , streckte sich der dreifach geteilte Erdkreis , vom Okeanos umströmt..."

Denique restat ut loquar de finibus geographicis , quae circumcingere terras Varro existimavit. Sed conferamus quae exposuit optime ad hanc rem illustrandam Moyerus in anthol. vet. Lat. I: p. 34,12 (1635) ednot. " Mare quod totum terrae orbem ambit , Oceanus dicitur , mare vero internum sive mediterraneum Neptunus. " Similiter explicuit Vossius ad Cat. p. 76. (ad Cat. 64,30.) " Nec aliter Graeci (Eustath. ep. p. 79,13.) ΤΟΝ ΩΚΕΑΝΩΝ . Dionys. Perieg. vs. 1. ubique Bernhardy p.521 Oceanus et Neptunus diversa sunt numina variasque provincias curant. " Duo igitur maria , Oceanus et Neptunus , terram ita amplectuntur , ut Atacinus eorum vestigia secutus esse videatur , qui docuerunt totum orbem terrarum contineri insula ingenti , quae esset undique circumfusa marium fluctibus.

Europa.

14. (16).

-vv - vJ - tutum sub sede fuissent

Festus: 381. Tractavi de hoc fragmento: p. 18. mense dice.

15. (17).

Munitus vicus Caralis vv -vJ-

O.L. V: 349 K. " Quo invento et de genere ac numero certiores afficiemur ut ecce ait Ata cinus: CINUS: B. CYNUS: M. Editores varia coniecerunt. CINCNIUS: Merkilius in Ov. fast. p. 76. ATACINUS vel VARRO ATACINUS: Hertzius in op. de Cincis p. 36. " Ut ecce ait Cincius Alimentus : vicus Caralis. " R. Ungerus in miscell. crit. p. 3. " ut dicit Atacinus. " Biessius primus haec verba inter Atacini chorographiae fragmenta recepit. Item Bachrins. Quos sequor. Nam facile fieri potuisse credo , ut librarius , cum neglegenter scriberet , aberrans oculis ab " AIT " ad " CINUS " litteras " ATA " praetermitteret , praesertim cum litterarum imagines " AIT " et " ATA " inter se vix dissident. Caralis aut si vis Carales erat oppidum munitum Sardiniae , cuius incolae nominabentur Caraliti. (cf. Plin. nat. hist. III: 7,85.).

Libya.

16. (18).

Cingitur Oceano , Libyco mare , flumine Nilo.

Charis. I: 61 K. Prisc. I: 331. " Mare. Varro de gente populi Romani III. : "a mare opera oppida", pro a mari , ut refert Plinius. Idem , inquit , antiquitatum humanarum XII. " Ab Erythro mare orti " et in Fundane " in mare aquam frigidam oriri " ; ATACINUS quoque:

(Libyen) wird umgrenzt vom Oceanus , vom libyschen Meer und vom Nil.

Egregie iudicavit de fragmento Wuellnerus , qui dixit: " Spectat autem procul dubio ad descriptionem Africæ , quæ ab occasu terminatur Oceano , Libyco mari a septentrionibus ab oriente Nilo flumine. Sed quæ ratione Burmannus (anthol. Lat. II: p. 337.) hunc versum cum tribus fragmentis insequentibus coniunxerit , commemorare nolo : nam talia conglutinare temeritatis est. " Quam Wuellneri sententiam plane comprobo. Quod ad ablative formam anomalam " MARE " attinet , videoas , quæ docuit Kuehner in Gramm. Ling. Lat. I: p. 329. (" Der Ablativ auf ...e wird von Priscian VII: 55. p. 759.P. (p. 331.H.) als altlat. neben ...i erwähnt und mit Stellen aus dem nach Altertümlichkeit strebenden Varro , VARRO ATACINUS und Plautus Rudens 981 belegt (auch Plaut. Mil. 1309. a mare. Lucr. I: 162. mare wegen des Vermasses , aus demselben Grunde Ov. trist. V: 2,20 de mare u.e. Luc. VII: 391 natale statt ...i) aber auffallender Weise findet sich der Abl. mare auch bei Cic. Att. 10.12,1. im Medic. pr. m. sonst nirgends in der klassischen Presse. Ueber die Dichter cf. § 70,1. p. 327. Vorbemerkung).

Cingitur : Burmannus : CLAUDITUM. Sed Wuellnerus in o.c. p. 23. quæ codices ediderunt optime defendit. cf. Pomp. Mel. I: 4,21. " Mare quo cingitur a septentrione Libycum dicimus. "

Mare Libicum : mare , quod alluit oras Africæ a septentrione , ut nuntiavit Plinius in nat. hist. V: 1. " Africam Graeci Libyam appellaverunt et mare ante eam Libicum Similiter Pomp. Mel. in choregr. I: 4,21. I: 4,4. II: 119. Mentionem fecerunt maris Libyci : Ov. Ib. 200. Verg. Aen. V: 595. Claud. 23,10. Amp. VII: 5. Libicas undas scripserunt; Verg. in Aen. I: 596. V: 789. Solin. XI: 4.

17. (19).

Feta feris Libye ~~VV~~ - ~~VV~~ - ~~V~~.

Serv. ad Verg. Ge. III: 176. " Antiqui enim " fetum " pro " gravido " solebant ponere , ut Varro Atacinus: Philarg. ad Verg. Ge. III: 176.

Unde petite sint haec verba , editores non consentiunt. Ruhnkenius in ep. crit. II: p. 226 hemisticchium rettulit ad Varrenis Argonautas , postquam comparavit Apollonius Rhodium IV: 1561. Quem secuti sunt: Wuellnerus (p. 18) et Riesius (p. 263). Sed Wernsdorfius recte haec attribuit Atacini chorographiae. Primum enim , ut arbitror , Apollonii illud: " ἡγετος φορ " conferri nequit cum Atacini: " ΦΕΤΑ ΦΕΡΙΣ ". Nam quae inclusa sunt argumenta verbis " ΦΕΤΑ ΦΕΡΙΣ ", maioris sunt ponderis quam quae dixit Apollonius ; qui Lybiae dedit epitheton Homerici generis solum propter nomen ornandum. (cf. " ἐκβάτιξ " et " ἴπποβοτος / Αγρος " Homeri). Deinde ut Atacinus in ea chorographiae parte , quae pertinet ad Asias descriptionem , tractavit diligenter de plantarum generibus (cf. fr. XX. Bachr.) , ita cum docuisse Romanos Africæ genera nominaque ferarum , quae erant cognita , certum esse mihi videtur.

Feta loca : pro locis ponuntur , quae sunt completa rerum aut animalium. cf. Gloss. corp. IV: 441,48. Verg. Aen. I: 51 " loca feta furentibus austris. " Cic. de nat. deor. II: 62. " terra feta frugibus. " Sil. It. XVII: 448. Ov. met. XIV: 103.

Libye : cuspissime dicitur Graece pro Africa. cf. Ov. met. II: 237. " tum facta est Libye raptis humoribus aestu / Arida. " Plin. nat. hist. V: 1.39,49. Luc. II: 164. III: 70 2/94. et m.a.l. Nomen Libyas definitur singulari ac mirifice medo in Gloss. corp. V: 553,58. " Dicta quod inde Libya flat i.e. Africæ. "

13. (20).

Indica non magna minor arbore crescit arunde
Illiū et lentis premitur radicibus umor.
Dulcia cui nequeant succo contendere melia.

Isid. XVII: 7,58. " Unde et Varro ait: " schol. Bern. ad Iac III: 237. " De hoc Varro dixit: " vs. 1. MAGNA IN: KMP MAGNAM IN: N. MAGNUM IN: CDEFTU. MAGNO IN: Mon. MAGNA MINOR: schol. Bern. et Sealig. Ruhn. Wuelln. Key. Bachr. MAGNA MINUS: Voss. Wernsd. MAGNA NIMIS; Ries. Areval. MAGNA IN: Gothefr. Linds. ed. Basileens. vs. 2. ET: Linds. codd. vs. 4. NEQUE AUT: C ante corr. CONDIRE: DEPKMPMon.1. CONCEDERE: CTU CONTENDERE: coni. Salmas.

Der indische Bambus erreicht eine Höhe , die nicht geringer ist als die eines grossen Baumes ; aus seinen zähnen Wurzeln presst man eine Flüssigkeit. Des Honigs Süsse kann sich mit diesem Saft nicht messen.

Varrenem carminie in hac parte egisse de plantis Indicis ex fragmēto clare elucet. Arundinis enim Indicæ specimen atque naturam diligenter poeta explicuit. Primum autem , ut Romanis cognita essent , ad quam altitudinem crescerent arundines , demonstravit Atacinus arundinem Indicam esse magnitudine non minore quam magnam arborēm. Quod est recte numeratum.

Nam nostris quoque temporibus arundines Indicas , quae referruntur ad bambusarum speciem et nominantur Graeco sermone " Μεγάλη καρύδιον " (cf. Strab. XV: 693. tom. III. ed. Kramer. p. 193.), ad proceritatem non parvam crescere inter omnes constat. Quae non ignorabant etiam scriptores antiqui. (Herod. III: 98. Ctes. exc. Ind. 6. Plin. nat. hist. VII. 2,21. Strab. p. 827.). Itaque secutus sum schol. Bern. codicem , qui presbat " NON MAGNA MINOR ARBORE ". Sed etiam Atacinus docuit , qua essent utilitate arundines. Humorem enim dulcem exprimi e radicibus dixit ille. Quam ob rem multi editores putaverunt indicatas esse cannas saccharinas. At vero quae de arundinum magnitudine atque usu afferuntur , cum canna saccharina comparari nequeunt. Neque enim altitudine magna sunt cannae saccharinae neque habent in radicibus dulcem succum , quae observavit iam Wuellnerus in o.c. p. 27. (cf. de cannis saccharinis Strab. XV: 694. tom. III: 194. ed. Kramer. Diosc. de mat. med. II: 104. ed. Spengel. I: p. 231. Plin. nat. hist. XII: 8,17. vol. II. p. 387. ed. Mayh.). Sed inter bambusas sunt , ut erunt botanici , e quarum radicibus succus dulcis exprimitur. Ex antiquis huius rei mentionem fecit Strabo in XV. p. 693. tom. III. p. 193. Kram. deinde Solinus quoque (cap. 52,48.) , qui haec edit: " Quae palustria sunt , arundinem creant ita crassam , ut fissis internodiis lembi vice vectitet navigantes. E radicibus eius exprimitur humor dulcis ad melleam suavitatem " , denique Lucanus (III: 237.) -

" Quique bibunt tenera dulcis ab harundine suos."

Nonnulli editores pro " ET " scripserunt " ec(e) " . Falsum est. Neque enim necessarium est propter simplex verbum " PHEMEE " adponi ad substantivum praepositionem " EX " , quoniam Romani illud omissa praepositione interdum adhibuerunt. (cf. Verg. ecl. III: 98. et Luc. bell. civil. IV: 318.) Quanta diligentia atque arte Atacinus illos versus composuerit , perspicitur optime , quo modo disposuerit verba atque ordinaverit. Neque enim casu evenit , quod et primus et quartus fragmenti versus incipiunt in adjektivo sed exeunt in substantivo , quae nomina inter se grammaticè cohaerent , quia altera vox ad alteram est referenda. (cf. quae attuli p. 38. mei opuscul. ad fr. VII.).

III.

BELLUM SEQUANICUM.

19. (24).

Deinde ubi pellicuit dulcis levis unda saporis.

Prisc. G.L. III: 497,10. " Alia vero " i " ante " cio " habentia eandem " i " in " e " convertunt et " cio " in " xi " , ut " aspicio , aspexi " , " conspicio , conspexi " ; excipitur: " elicio , elicui " , Livius " pellicui " quoque pro " pellexi " veteres protulerunt. Invenitur etiam " allicuit " et " pellicuit ". Piso historiarum: P. Varro belli Sequanici libro II.

UBI: GLK. PHILICUIT: d POLLICUIT: BDHK PROLICUIT: GLK
SOPORIS: D.

IV.

PHILOSOPHICA.

20. (12).

Vidit et aetherio mundum torquerier axe
Et septem aeternis sonitum dare vocibus orbes
Nitentes aliis alios ; quae maxima divis
Laetitia est. At tunc longe gratissima Phoebi
Dextera consimiles meditatur reddere voces.

Mar. Vict. G.L. VI: 60 K. " Alii tradunt hoc sacrorum cantu
concentum mundi cursusunque ab hominibus imitari. Namque in
hoc quinque stellae quas erraticas vocant , sed et sol et
luna , ut doctiores tradunt philosophorum iucundissimos
edunt sonos per orbis suos nitentes de qua re Verius
sic tradidit ... item et VARRO:

ad vs. 2. LAETITIA EST. AT TUNC LONGE: Voss. de arte
grammat. III: 6 p. 180. Non aliter legit Hieron. Commel. in
praef. ad Terentii edit. (Heidelbg. 1687.) LAETITIA' ST:
Iac. Toll. coni. et etiam ed. Sanctandr. LAETITIA STAT
LONGE: B. LAETITIA STAT TUNC LONGE: A. Fragmentum
restulerunt omnes editores ad Atacini chorographiam. Quae
reieci in huius dissert. paginae: 21.

Wie die Welt sich dreht um die Ätherische Achse , sieht
(der Gott) und vernimmt , wie die sieben aufeinander ge-
türmten Sphären eine Musik auslösen in ew'gen Akkorden ; bei
den Göttern herrscht darob unermessliche Freude. Und es mischt
sich des Phöbus zauberverbreitende Hand ähnlich harmonische
Klänge hervorzuzaubern.

Primum inter se certarunt docti viri , quem signifi-
casset deum poeta videntem mundum se convertere circum axem.
Alteri enim indicari Apollinem , de quo postea loquitur poe-
ta , alteri Mercurium crediderunt; quoniam fuerunt , qui Ata-
cini versus haustos esse ex Eratosthenis Herma docuerant.
Quam opinionem esse falsam iam antea ostendimus. (cf. p. 20)
Pertinere igitur omnes versus ad Apollinis numen iudicamus.
Atacinum enim parrantem imitatum esse Apollinem sonos sphae-
ricos fragmenti initio etiam attulisse , cur commoveretur
deus , ut consimiles voces redderet , luce clarus est. Nisi
poeta finxisset Apollinem videntem harmoniam neque audien-
tem tonos sphærarum iucundissimos atque inter se plane con-
cinentes , scribere non potuisse consimiles ef-
fecisse voces Apollinem. Mercurium excogitasse lyram , Apol-
linem principem tenorum concentum condidisse inter omnes con-
stat. (cf. Avien. 618/623.).

Versuum argumenta dividuntur tres in partes. Primum
agitur de mundi motu atque de sphærarum harmonia, postremo
de Apollinis arte. Quae partes inter se coniuncta sunt ma-
gna cum prudentia. Poeta enim , ut a rebus sphæricis se
verteret ad Apollinis musicam , mentionem fecit deorum ,
quibus est laetitia de hac mundi rotatione atque harmonia.
Ex divis autem est Apollinis reddere voces consimiles sphæ-
rarum.

Bonique nostrum est exponere , quid dixerit Atacinus de mundo. Totum orbem , ait poeta , moveri circum axem , quod si consistit neque habet ullum motum. De qua docuit Numilius Boenus : in Astron. I: 292/293:

Hoc dixerat axem , quia motum non habet ullum
Ipse videt circa volitantia cuncta moveri.
(cf. id. I: 279 sqq. et Achill. Tat. 28. p. 152.B.).
Axis saepius est a scriptoribus et poetis nominatus " aetherius ". (Ov. met. VI: 175. fast. III: 368. Verg. Aen. VIII: 136.). Quae dicenda sunt de sphaerarum harmonia , collegit Schaubachius in o.c. p. 410 sq. Orbis extant septem , qui sunt: Luna , Mercurius , Venus , Sol , Mars , Iuppiter , Saturnus excepta terra ; quot essent sphaerae et quomodo nominarentur atque quod esset spatium inter eas , tradidit diligentissime Plinius in nat. hist. II: 22. " Sed Pythagoras interdum et musica ratione appellat tonum quantum absit a terra luna , ab ea ad Mercurium dimidium spatii et ab eo ad Venerem , a quo ad solem sescuplum , a sole ad Martem tonum (id est quantum ad lunam a terra) ab eo ad Iovem dimidium et ab eo ad Saturni , et inde sescuplum ad signiferum . Ita septem tonis offici quam dicitur vocant ; hoc est universitatem concentus ; in ea Saturnum Dorio moveri phthongo , Iovem Phrygio et in reliquis similia , iucunda magis quam necessaria subtilitate. " (cf. Aristotel. de caelo. II: 9.). (cf. Schaub. p. 398. et Macrob. I: 19.).

T or q u e r i e r : archaico more dictum. apud Romanos saepissime. cf. Sommer. o.c. p. 594. , qui collegit omnia exempla. Testarier: XII tab. leg. apd. Gell. XV: 13,11. Lequier: Naev. apd. Gell. I: 24,2. et mult. sl.

Sphaerarum harmoniam commemoraverunt praecipue inter Graecos: Erathostenes et Alexander Lichmus. (cf. p. 20/21 meae dissert.) Sed etiam Aratus his rebus studuisse videtur. Achilles enim Tatius p. 135.B. et 136.A. nos certiores fecit Aratum tractasse in " CANONE " de mundi rotatione , qua efficaretur harmonia atque concentus tonorum septem sphaerarum. De quibus scripsissent: Aratus , Erathostenes , Hysicles , Thrasyllos , Adrastus Aphrodisius. (cf. Ern. Maas: Aratea p. 219.).

21. (22).

Tum liceat pelagi volucres tardaeque paludis
Cernere inexperto studio certare lavandi
Et velut insolitum pennis infundere rorem;
Aut arguta lacus circumvolitavit hirundo
Et bos suspiciens caelum (mirabile visu)
Naribus aerum patulis decerpit odorem
Hec tenuis formica cervis non evahit ova.

Serv. ad Verg. Ge. I: 375.* Hic locus de Varrone est ; ille enim sic: vs. 2. IUDENDI: V.

Dann (scil. impendente pluvia) könntest du sehen , wie die Vögel des Meers und des trägen Sumpfes voll nicht zu befriedigenden Eifers nach den Freuden des Bades sich drängen und ihr Gefieder besprengen mit dem Nass , als ob's ihnen ungewohnt sei ; oder zwitschernd umflatterte die

Schwalbe den Weiher und das Rind mit zum Himmel gerichteten Auge (fürwahr ein sonderbares Bild) sog mit offenem Müstern die dunstgeschwängerte Luft ein ; und die zarte Ameise trug ihre Eier hinaus aus den Zellen (ins Freie).

Prognostica quaedam A Verrone memorantur avium marinorum et palustrium atque aliorum animalium , quibus praedicuntur in vulgo iambes ac pluviae. Iam pridem observarunt veteres inter animalia esse , quae natura essent praedita praesentiendi tempestates. Quas voce aut corporis gestibus aut quod sequebantur certas consuetudines indicare solebant. (cf. Aristot. in animal. hist. i: 10,61b.29. 1.e. IX: 10. et Antig. Caryst. 46. Plin. nat. hist. XVIII. 35.87. Arati Dicsem. 299/300.). Posteris autem temporibus antiqui genera animalium praesagia facientium , quae sciebant , ita ordinaverunt , ut omni fere statui caeli aliquid proprietatis animalium responderet. quam rem ex Aeliano , qui scripsit de animalibus , clare cognoscimus. (cf. VII: c. 7/8.). Inter scriptores , qui huic materiei magnopere studuerunt , iudicio meo Aratus obtinet principem locum , quoniam multos versus condidit , quibus prognostica afferuntur. Quod Arati poema Ciceronem latine vertisse inter omnes constat. At vero Atacinum quoque Arati versus in verbum fere esse imitatum nemo negabit. (cf. Ar. 210(942)/212(944) et 222(954)/224(956).) Tamen omisit ille in vertendo Arati versus: 213(945)/221(953). Unum autem versum ad Arati verba de se ipso addidit (cf. fragm. vs. III.) Primum loquitur poeta de prognosticis avium pelagi atque paludis , deinde hirundinum , tum bovm , denique formicarum. Plinius in nat. hist. XVIII: 35,87/88. eadem fere attulit , quae Varro. " Hirundo tam iuxta aquam volitans , ut pinna saepe percutiat. Nec mirum aquaticas aut in totum volucres praesagia aeris sentire. Pecora exultantia et indecora lascivia ludentia easdem significaciones habent , et boves caelum olfactantes seque lambentes contra pilum , turpesque porci alienos sibi manipulos faeni lacerantes , et apes operantes seghiter vel contra industrias suam absconditae vel formicæ concursantes aut ova progerentes , item vermes terreni erumpentes. " (cf. de bubus: Theophr. in sign. pluv. 418/419. Arat. in Geopon. I: 3 p. 2. Democrit. in de Symp. apd. Fabric. B.G. vol. IV. lib. IV. c. 29. p. 330. Aeliam. VII: 7/8.) Ambros. in Hexaem. VI: 20. " Boves impendente pluvia ad praesepia se tenere neverunt. Idem ubi naturali sensu mutationem caeli collegerint , foras spectant et ultra praesepia cervices extenduntusas una omnes specie , ut predire se velle testentur. " De formicis egerunt: Plut. de solert. animal. X: p. 33. Theophr. o.c. et inter doctos horum temporum : Ern. Maas in Arat. p. 242.

Unum Atacini versus Vergilius poeta totum ad Georgicae sue transtulit , in quibus inveniuntur eadem pluviarum prognostica hausta , ut opinamur , et Arat. ex carmine et ~~Arat.~~ ex Atacino. Sed ut ipse videoas , quemadmodum inter se haerent poetæ , serum versus attuli.

Aratus.
210/212;222/224.
210.
*Toñaki ἡγυαλῆ
ἢ εἰνάται
ορνίτες*

Vergilius.
Ge.I:375/380.
383/387.

375.
...aut bucula cae-
376. *Iam* *Suspiciens patulis*
captavit naribus
auras

Atacinus.
fr.XII.1/7.

1.
Tum liceat pelagi ve-
luores tardaque
paludis

Aratus.

211. ΑΓΓΙΓΤΟΥ, κτλγονται
ενικενται
δακτεσιν.
212. η θινυν τερη ηγια
χειδονες
αικονι.
222. και βοες γηγητοι
ηδετοι ιδατοι
ενδιοτο,
223. οικηνον εικανιδοντες,
κτι αιτεστο
ωραγηαντο.
224. και κοιλη μυκη
κες, οκης εσ
ωει η λυτα.

Vergilius.

377. Aut arguta lacus
circumvolitavit
hirundo
378. Et veterem in li-
mo renae cecine-
re querellam.
379. Saepius et tectis
penetalibus ex-
tulit ova
380. Angustum formica
terens Iter ..
..... ..
383. Iam variae pelagi
volucres et quae
Asia circum
384. Dulcibus in stagnis Nec tenuis formica
rimantur prata cavis non evenit
Caystri ova.
385. Certatim largos hu-
meris infundere
rores.
386. Nunc caput objectare fretis nunc
currere in undas
387. Et studie incassum videoes gestire
lavandi.

Atacinus.

2. Cernere inxplete
studie certare
lavandi
3. Et velut insolitum
pennis infundere
rorem;
4. Aut arguta lacus
circumvolitavit
hirundo,
5. Et bos suspiciens
casum (mirabile
visu)
6. Naribus aerium pa-
tulis decarpsit
odorem
7. Dulcibus in stagnis Nec tenuis formica
rimantur prata cavis non evenit
Caystri ova.

Quibus comparatis Vergilius mutasse versuum non modo argu-
menta sed etiam verborum ordinem, quem offerunt Aratus at-
que Atacinus, pellucidum est. Nudem enim sensu continen-
tur hi versus:

Arati: 210 i.e.	Atacini: 1 i.e.	Vergilii: 383.
Ar. 211 i.e.	Atac. 2 i.e.	Verg. 387.
Tertium versum Atacinus de se ipso ad Arati verba adiecit.		
... Atac.	3 i.e.	Verg. 385.
Ar. 212 i.e.	Atac. 4 i.e.	Verg. 377.
Quam versum totum Vergilius ad suum carmen transtulit.		
Ar. 222/223 i.e.	Atac. 5/6 i.e.	Verg. 375/376.
Ar. 224 i.e.	Atac. 7 i.e.	Verg. 379/380.

Quos versus Vergilius composuit tanta arte, ut nec iudicio
et Aratum et Atacinum valde superaret eloquendi sua elegan-
tia atque linguae pulchritudine. Velut Vergilius illum la-
vandi cupiditatem avium aquaticarum pluvie impendente il-
lustravit perfectissime.

Inexpleto: est, quod expleri nequit.

Merem: de quovis humore dicere solent poetae. cf. Verg.
Ge. I: 385. IV: 451. Aen. VI: 250. Lucre. I: 769. IV: 438.
Hor. od. III: 4,61. Ov. fast. IV: 778.

Arguta: ad voces avium spectat. cf. Verg. ecl. IX; 36.
" arguti colores " Prop. I: 18,30. " argutae aves " Mart.
IX: 19,5. " argutae cicadas " Non. 239. i.e. " sonans ".

Aerium odorem: Quibus verbis illustratur, ut arbitror, (semel enim est adhibitus hic verborum conexus Augustini temporibus in Cassiani coll. XIV: 13,3. ed. Peterschenig. R.E. III: 1668 sq. Iuclicheri. G.A.E. 51. Iordanii. " Qui eam (sc. scientiam) non suo studio, sed aliena relatione contingunt et velut " AERIO ODORE percipiunt. ") aeris quedam exhalatio, quae antecedit pluvias et quam praesentiant animalia propter acerrime olfacendum. cf. Glosse. corp. III: 78,19. et II: 551,13. " ODORES " i.e. " OCCEYCEIC ". Isid. Crigg. IV: 12. s.v. ODORE. " Vocatur ab aere ". Sed videntes tractasse et taceat, quomodo indicarent animalia impendentes pluvias, suspicamur potest etiam expedivisse, quo pacto concrescerent illas in altis nubibus atque demissae ut imbreas deciderent. (cf. Lucre. VI: 495. sqq.). Quas doctrinas facillime atque optimo inter se coniungere poeta potuit. Quam ob rem fragmum philosophicis inserui.

Conclusio.

Manifestum est Atacini carmina, quoniam continebantur illa non solum multis ac variis argumentis sed, ut vidimus, linguae quadam elegantia quin etiam quae insunt pertinebant ad res caeli ac terrae, neglegenter nequaquam praeterisse Romanos illorum temporum. Omnia autem poetarum Vergilius primus hausit quae ei videbantur ex Atacini carminibus. (cf. Regeli diss. p. 84. Ruetteli p. 13. Skutschii " Aus Vergils Frühzeit " I: p. 108. Massii Arat. p. 270. Frider. Leo: in Herm. XXXVII: p. 52.). Sed quamquam in Vergili Bucolicis nulla Varronis vestigia inventiuntur, tamen praebent Georgica, qualia Atacini sunt. Servius enim adnotavit ad Ge. I: 375. sqq. " Hic locus de Varrone est "; qui submisit illos Atacini versus fragmanti XXI. (XXII. Baehr.), quos brevi posse ante (p. 52/53) comparavimus cum Vergili verbis Georgicorum. Deinde Servius Ge. II: 404 ad Varronem rettulit. (" Varronis hic versus est "). Quae dicenda sunt de hac re, exposui in p. 36sq. Novum autem comparandi exemplum attulit Probus in comment. Verg. ad Ge. I: 14. " Traditur haec historia de Aristaeo in corpore Argonautarum a Varrone Atacino ". Denique iam Regelius et Iahnus (mus. Rhen. LVIII: p. 414) aliique contulerunt Ge. I: 237. cum Atacino. (fr. XII. XIV. Baehr.)

Quinque tenent caelum zones; quarum una corusco
Semper sole rubens et terrida semper ab igni;
Quam circum extremae dextra lsevaque trahuntur
Caeruleas, glacie concretas atque imbris atris;
Hes inter mediamque duas mortalibus segris
Numere concessae divom, et via secta per ambas
Oblicus qua se signorum verteret ardo.

Et Varro: (Isid. de rer. nat. X.).

At quinque aetheriis zonis accingitur orbis
Ac vastant imas hiemes mediamque calores;
Sic terrae extremas inter mediamque coluntur
Quas solis valido nunquam vis auferat igne.

Quibus in versibus componendis Vergilium esse secutum et Atacinum et Brathostenem, ut indicavit Probus, clarum est.

Sed mirum fuisset , si Vergilius , postquam transtulit quae vellet in Georgica sua ex Atacino , neglexisset illum , cum condenseret Aeneidem. Itaque recte iudicasse mihi videntur Regelius et Ruetenus , qui indicaverunt Vergilium Aeneidem facientem secutum esse Atacini quoque vestigia. Sed etiam exhaustisse Vergilium ex Apollonii Rhodii carmine nonnulla argumenta ipsi scholiastae tradiderunt. (cf. Regel. p. 20 sqq.). Itaque concludere licet Maronem imitatum esse utrumque et Rhodium et Atacinum. Saepius mentionem quoque fecerunt Atacini Ovidius et Propertius. Sed num Varronis artem aemulari studuerint , incertum est. Valerius autem Flaccus Atacinum plene praeterisse videtur , quod non reperiuntur , quae inter se comparari possint. Sed parum multa fragmenta sunt servata , quam ut haec omnino dijudicaretur.

Per duo saecula Varronis Atacini carmina extitisse atque inter homines cognita fuisse videntur ; tum demum perferunt. Quae supersunt fragmenta non librariorum industriae sed potius grammaticorum studio atque laberi debemus , qui diligenter linguae licentias et proprietates notabant , et deinde Vergillii praecipue commentatoribus , qui comparandi causa merevum qui extant magnum numerum tradiderunt. Iis demum temporibus , quibus renata sunt veterum studia , Varronis Atacini recordati sunt homines. Angelus enim Polizianus , postquam in Nutric. 558. (ed. Basil. 1553. opera) Apollonii Rhodii mentionem fecit , edidit hos versus , qui ad Atacinum pertinent:

Huius in Ausonio vestigia pulvere Varro
Pone legit , linguae haud opulens , ut barbara Narbo,
Ut quem parvus Atex Latiae transcripscerit urbi.
Atque idem imparibus proprios exponit amores
Leucadiamque suam numeris , succedere magno
Auruncæ quondam frustra conatus alumne.

VITA.

Natus sum Ernestus Theodorus Iosephus Buhla in oppido Silesiae , cui est nomen Kattowitz , Bernaus , a.d. XVI. Kal. Aug. anni Domini 1891 patre Hugo matre Clara e genite Holleck , quos prematura mihi morte abruptos valde doleo semperque delebo. Fidem profiteor catholicam. Per sex annos litterarum primordia in ludo elementari institutus vere anni 1902 in gymnasium Steglitzense receptus ibique per novem annos versatus sum. Maximum debeo gratiam magistris meis , Hölk , Spindler , Kroymann , qui studiorum fundamenta verterum me docuerunt. Maturitatis testimonium adeptus vere anni 1911 in cives academicos universitatis Berolinensis ascitus sum , ubi per quinque semestria in studia philologicae incubui. Hieme anni 1913 Ienam me contuli. Postquam bellum est ortum , ad patriam meam defendendam arma cepi et in Belgerum finibus , in Gallia , in Russia ex hieme anni 1914 muta proelia sustinui. Hieme anni 1916 in pugna ad flumen Stochod facta graviter vulneratus sum. Sed viribus refectis mea sponte domi usque ad bellum confectum militia feci. Vere anni 1919 ad studia reversus in universitate Berolinensi denuo philologicis historicisque litteris per duo semestria me dedi.

Docuerunt me hi viri doctissimi Berolinenses et si philologici: Diels , Meister , Mutschmann , Norden , Röthe , Thomas , v. Wilamowitz i Moellendorf ; historici: Delbrück , Ed. Meyer , Rosenberg , Sternfeld , Tangl , Wilcken ; philosophici: Erdmann , Lasson , Richl. Ienenses: Fucken , Goetz , Graef , Jensen , Judeich , Sommer.

Per duo semestria Berolini sedalis fui ordinarius philologici proseminarii II. deinde totidem proseminarii I. Per sex menses interfui exercitationibus seminarii auspicieis Diels et Norden et Wilamowitz - Moellendorf. Sedalis philologici seminarii Ienensis ordinarius fui per duo semestria moderantibus Goetzio et Iensen. Admisit me ad exercitationes historicas Eduardus Meyer.

Quibus viris doctissimis iustam gratiam habeo omnibus semperque habeo , inter omnes maxime Goetzio ex animi nei contentia , qui doctrina sua atque benevolentia me semper adiuvit.